

CANCELL.*
MARTIS B**.
1718.*

00 Ta

~~BESTELLT~~

~~XXVIII. 9. a~~

27

Q. D. B. V.
DISSERTATIO JURIDICA,
DE
**IUDICE PROCEDENTE
EX OFFICIO**
IN
PROCESSU CIVILI,
QUAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
PRINCIPE PORUSSIAE, MARCHIONE
BRANDENB. &c. &c.
PRAESIDE,
DN. IUSTO HENNINGO Böhmer
J.U.D. PROFESS. PUBL. ORDINARIO,
FAUTORE AC PRAECEPTORE SUO AETATEM COLENDO,
IN REGIAE FRIDERICIANAE
AUDITORIO MAIORI,
d. VII. Julii, Anno M DCCXII.
proponet ac publico Eruditorum examini subiicit,
GEORGIUS HENRICUS WÜRZAEUS,
SIMMERA-PALATINUS.

HALAE MAGDEBURGICAE,
Typis JOH. GRUNERI, Academ. Typogr.

DICER PROCESSIONE
EXORTIO

PROGRESSUS CLAVI

RECTORIE MAGISTERIUS

DURRINIUS AURELIUS

DURRITOLUS VINCENS

IN GLORIE TRIDERICVNAE

IMPORO M 100 R

B. AL. 100. V. 100. M DCCXL

GEORGII HENRICI MURZENS

IMPORO M 100 R

ILUVENIS NOBILISSIME,
AUDITOR, MUSIS MEIS AMICISSIME!



Etiisti a me, ut tibi epiftola
adefsem, publico disputato-
ri. Soluo officium hoc. Id-
que eo promptius: quo
maiora habeo de candore
animi tui, de studiorum
tuorum industria, ingeniique tui felicitate
argumenta. Numerauit te inter auditores
iurium, publici & feudalisi. Neque dies abiit,
quin numerare possem. Cum per integrum
semestre non horam neglexeris, quam otio
perdidisses. Solertiam itaque tuam tibi tuisque
iure meritoque gratulor, uoueoque, ut, qua
sedulitate campum litterarum studiorumque
ingressus es, ea quoque finias, eundem confi-
ciasque. Habes in tuis, uiros, de republica me-
ritissimos, quorum exempla tibi proponere
soles ad imitandum. Quod si porro feceris,
omnino spem explebis dete factam. Si quid
tibi uel consilio adesse possum, uel doctrinis uel
litteraria supellectili, habebis me ad omnia
officiorum genera nullo non tempore paratis-
simum.

IOAN. PETR. LUDEWIG, ICt.
Regi in curia a consilio.

CLARISSIMO DOMINO RESPONDENTI,

S. P. D.

PRAESES.



On frustra laborare, qui de proprio a-
llorumque officio solliciti sunt, omni-
no in confessò esse arbitror. Tota
sane vita hominis, imo illud i-
psum vinculum, quod DEUS inter
omnes constituit homines, potissi-
mum in mutuis hominum officiis con-
sistit & absolutur. Quo magis ve-
ro officia humano generi & rebus pu-
blicis prospiciunt, eo maiori industria ponderanda, exami-
nanda & inculcanda sunt. Gramus certe meo iudicio vix
vllum reperiri poterit officium in republica, quam principis
& iudicis, quippe quo salus reipubl. continetur & admini-
stratio iustitiae sincera, pacis ciuilis fulcrum primarium, con-
seruatur & stabilitur. Quæcumq; ita sint, magnopere cona-
tus tuos, CLARISSIME RESPONDENS, approbare cogor,
quod disceptationi publicæ eiusmodi thema subiicere proposui-
eris, quod sua singulari utilitate se commendat, & officia in-
dicum in causis ciuilibus dirigit. Quodsi enim iudices suo
officio in hac materia nunquam decessent, meliori sane publi-
ca res staret loco, adeoque dici vix potest, quantam utilita-
tem ex doctrina hac capere posset respublica, si sedula pru-
aentia in praxin deduceretur. Quemadmodum vero tuae
gregia industria, quam haecenus variis edidisti documentis,
& presenti disputatione publice ostendisti, præmia digna Ti-
bi aliquando conferet, ita gratulor ex animo Tibi de hoc spe-
cimine publico, & ut conatus Tuis DEUS porro quoque as-
sistere velit, sincera mente appreco. Dab. e. musea d. 1. Iul.
MDCCXII.



DISSSERTATIONIS,
DE
IVDICE PROCEDENTE
EX OFFICIO
IN
CAVSA CIVILI
CAP. I.
DE OFFICII IVDICIS INDOLE.

§. I.



Ausidicorum artibus processus ci-
viles admodum turbari, publicæ sunt utilitate huius
querelæ & quotidiane, ynde non pot-
est non res & publica & priuata insi-
gnem iacturam capere. Quodsi ta-
men rationes, quod hoc malum lati-
us quotidie serpat, inuestigamus, in
confesso est, iudices saepe nimium in-
dulgere Aduocatorum ausib[us] temerariis, & reuera officio
suo deesse, quo si debito modo vbiique vterentur, turbae ta-
les

A

les vel præcaverti, vel ad minimum in herba supprimi posse. Est utique officium ius dicentis latissimum, & potissimum hoc directum, ut lites, quantum fieri potest, abbrevientur, & impedimenta, quæ lites remorantur, e medio tollantur. Imo, si dicendum quod res est, expedit omnino, potestatem iudicis in nostris foris magis dilatare, quam ad formulas, vti olim, adstringere, quo ex officio, etiam non rogatus illa agat, quæ litibus abbreviandis inferiuntur. Et hoc vnicce scopus meus tendit, quem in præsenti dissertatione mihi proposui, & quamvis haud ignarus sim, Dn. ZAUNSCHLIFFERUM, ICtum Marpurgensem præstantissimum, in tr. de officio iudic. suppletor. hanc prouinciam iam præoccupasse, & quæ huc facere possunt, congesisse, libertas tamen & dignitas huius doctrinæ ita comparata est, vt quotidie producat nouas meditationes & conclusiones, & sic alienæ industrie adhuc aliquid relatum videatur.

Officium iudi-
cii quid deno-
bit.

S. II. Officium quidem in genere est facere quod debet, prout ait SENECA lib. II. controv. s. vel ex mente Stoicorum, est actio cum ratione vel legibus, imprimis naturalibus, conueniens, & ad eas attemperata vid. Dn. BUDDDEUS in Theolog. morali P. II. proleg. S. 5. in not. SAMUEL RACHELIUS ad offic. Cicer. lib. 1. p. 18. Cum itaque hic terminus Stoicis familiaris fuerit, non adeo mirandum, ICtos quoque Romanos, Stoicæ philosophia addictos, hac voce sapientius vlosuisse. Proinde quando de officio iudicis in specie mentio iniicitur, actionem iudicis designat, quatenus ad normam & aequitatis naturalis composita est, vtut nec expresse formula prescripta hoc inbeat, nec litigantes id urgeant, nec in obligatione expresse ea de re cautum sit. In l. 7. ff. de negot. gest. notanter dicitur: tantundem in bona fidei iudicis OFFICIUM IUDICIS valet, quantum in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio. Hic perpicue officium iudicis equiparatur ei, quod expessum est, dum æquitas id postulat. Similiter in l. 49, in f. de act. emt. V. ICtus ait, vñras in em-

zione venditione non esse in *obligatione* (seu expresse promis-
fas) sed tamen *officio iudicis* præstari, quo ipso rursus apparet,
officium iudicis comparari *expressæ promissiōni*, ex ratione æ-
quitatis naturalis. Pari ratione in l. 25. §. 8. ff. de *edit. æ-*
dit. de fructibus adiudicandis disponitur, hoc adhibito tem-
peramento, vt eos adiudicare *ex officio* posse, qui post iu-
dicium acceptum seu L. C. liquidantur, non ante; eaenim
qua ante iudicium contingunt non valde ad eum pertinent.
nisi fuerint ei nominatim iniuncta scil. a prætore in formula.
conf. l. 21. §. 3. ff. de *pecul.* l. 9. §. 7. ff. quod met. caus. l. 7. §.
4. inf. ff. quod vi aut clam. l. 73. ff. de *procurat.* Non rectius
hæc, quam ex antiqua processus forma, intelligi possunt.
Prætores regulariter ipsimet dirimendis litibus haud vaca-
bant, sed ab eis tantum petebantur *actiones* seu *formule* æ-
gendi, & *iudices*, qui *notionia* a prætore præfiebantur. De
horum potestate multa erat disputatio apud Romanos; quan-
doque ultra formulæ limites expressos progreedi non poterant;
quandoq; liberius, *ex equo Ebono*, procedere & agere poterant,
qua ipsi nominatim non esent iniuncta, ab æquitatem si-
gulari commendata. Hoc in b. f. iudicij vñu veniebat; il-
lud in stricti iuri negotiis. Sic si quid dolo factum erat in
bona fidei iudicij, de eo decernere poterant *sine prætoris*
subsidio & opera, *mero iudicis officio*, vt ait GERARD, NOODT
de *formul. emend. dol. mal. c. 7. p. 34.* & ita ad *judicis offi-*
cium pertinens dicebantur, qua non erant ei a prætore in-
iuncta vel in formula præscripta, ad æquum tamen referen-
da, velerat *actio iudicis ad iuris naturæ & æquitatis normam*
directa & composita. E contrario in stricti iuri iudicij ea,
qua non palam erant expressa & formulæ inferta, ad offi-
cium iudicis pedanei non pertinebant. l. 8. ff. de eo quo cert.
loco l. 99. de *V. oblig.* Sic qui in stipulatione deceptus erat,
stricto iure obligabatur. Actori parata erat *actio*, non ob-
stante dolo, cuius forsan in formula stipulationis mentio
haud erat iniecta. Et quamvis CALLUS AQUILIU斯 formulam

doli mali propter negotia stricti juris introduxisset, etiamen speciatim a praetore, ad instantiam rei, iudici pedaneo erat praescribenda: quo non facto, si vel maxime reus dolum probaret, tamen condemnabatur, quia ad *officium indicis* in stricti juris negotiis non pertinebat, de eo decernere, quod formulæ haud esset insertum. GERARDUS NOODT cit. l.c. 5.

Officium iudicis pedanei
qua ratione olim sese ex se-
tuerit.

Selicitet ad in-
stantiam par-
tium.

Quædam er-
iam depende-
debat ab offi-
cio praetoris.

§. III. Quæ cum ita sint, conclamatum est, in iure Romano, quando *de officio indicis* mentio iniicitur, non de eo, quod magistratus, qui iurisdictione prædictus est, facere debeat, queri, sed de *iudicium pedaneorum* potestate, quousque officium eorum sese extendat circa ea, quæ formula disertis verbis haud continentur. Quando enim ex ratione æquitatis naturalis iudicare & vltra formulæ limites progredi possunt, ea *ad officium* pertinere dicuntur. Quando vero ad stricti sunt formulæ cancellis, ea, quæ expressa non sunt, *ad officium* eorum non pertinere, dieuntur. Porro, quæ in stricti juris iudicis exceptiones proditæ erant, specialiter impetrari debebant, cum, reo haud instante, *pura formula* daretur: ceterum in bonæ fidei negotiis non necesse erat, a Praetore hæc, quæ æquum & bonum requirebat, postulare, sed *indicus* pedanei *officio* reseruabantur. Neque tamen dubium est, quin iudex pedaneus non aliter de his cognosceret, nisi rogatus, vel si aliter ex probatis & actis de eo constaret. Ita cautiones iudiciales dicuntur, *que a me-
ro indicis officio* proficiscuntur. l. 5. pr. de V. Obl. veluti de dolo cautio, vbi tamen instantia eius, cuius interest, excludi non potest. Illa tantum suberat differentia, quod, quæ *ad officium indicis* non pertinere, dicebantur, a praetore specialiter petenda & in formula exprimenda erant l. 7. ff. de negot. gest. alioquin iudex pedaneus *ex officio* de iis decerne- renon poterat, vt ut vel maxime reus illa vrgeret.

§. IV. Præterea quædam dicuntur *amero Praetoris offi-
cio* proficisci, vt cautio damni infecti l. 5. pr. ff. de V. Obl.,
quia in hac determinanda non iudicis, sed *praetoris officium*

ver-

versabatur l. 4. pr. ff. de damn. inf., quamvis postulatio praecedere l. 4. §. 8. eod. vel officium prætoris eiusque cognitio implorari deberet l. 2. §. 1. ff. ut in posses. legat. unde totum negotium dependebat. l. 24. in f. de minor. Videlicet quicquid ad cognitionem prætoris pertinebat, officio eius contineri dicebatur, seu ibi prætor ex legum præscripto agere debebat. Erat vero cognitio prætoris vel ordinaria vel extraordinaria. Illa obtinebat in actionibus & processu ordinario, vbi cognoscebat, an actio danda an deneganda? & ita hoc officio eius contineri dicebatur l. 27. pr. de V. Obl. & que alias in iure prætor agere debebat, antequam iudicium accipereetur. Sæpius enim actiones non dabant, nisi causa cognita, l. 9. §. 5. ff. de dol. l. 2. de popul. action. l. 15. §. 34. & 44. de iniur. Extraordinaria cognitio locum habebat, vbi deficiebat actio & formula agendi, prætor tamen imploratus, non dato iudice pendaneo, nec formula præscripta, levato velo de causa cognoscerebat. vid. l. 1. de extraord. cognit. Atque tales causæ rursum ad officium prætoris pertinere dicebantur l. 1. §. 14. ff. de extraord. cognit. quo refero restitutionem minorum, cuius nomine nulla propria actio proficiuntur, sed dependet totum hoc ex prætoris cognitione l. 24. §. 5. ff. de minor. Proinde in c. 2. X. de offic. judic. hæc causa officium indicis dicitur, vel quod officium indicis in restitutione hac pro actione proponatur. Unde factum esse reor, quod remedia juris, quæ persecutiones extraordinariae vocantur, nec iuris ordinarii executionem habent l. 178. §. 2. de V.S. in praxi dicta fuerint implora. Inde hodie tiones officii indicis, in quibus a prætore non poterat actio proficiuntur postulari, quæ nec prodita erat, sed tantum eius cognitio ex implorationes officii indicis.

A. 3.

&

& perfectus erat, ut ad illas semper recursus pateret l. i. seqq.
de P.V. Sic in restitutione minorum Prætor *implorabatur*
l. 8. l. 40. de minor. l. 52. §. 1. de fidei. Quando erat tutor inu-
tiliter testamento datus, decretum prætoris *implorandum*
erat l. 39. §. 9. de admin. & peric. tut. Cautio a legatariis per
implorationem edicti perebatur l. i. inf. ut in possess. legat. l. 3.
§. 1. eod. &c. Vnde gloriatores ansam sumserunt, has persecu-
tiones extraordinarias *implorationes officii iudicis* vocare.
conf. BLASIUS ALTIMARUS de nullit sentent. p. 1. nr. 1. qu. 12. n.
1. LEURENIUS in foro benefic. p. II. scđt. 1. c. 1. qu. 107. n. 2.

Misso vulga- §. V. Inde quoque nata est decantata illa diuisio in-
ta inter offici- ter officium nobile & mercenarium. Illud dicunt, quod non
um nobile & inseruit actioni, stricte dicta, sed per se stat, & vel motu
mercenarium, proprio, vel ad meram *implorationem*, ubi nulla competit a-
ctio, exercetur. ZIEGLER in *dicastic.*, *dissert.*, *pralim.* §. 32. PE-
TRUS DE FERRARIIS in *prax. aur. tit.* 2. gl. 15. Hoc ipsum e-
rat officium prætoris in *persecutionibus extraordinariis*, in qui-
bus sammarie procedebat, non dato indice pedaneo, & equi-
tate id suadente, ad quam officium eius primario adstrictum
erat. Mercenarium vero dicunt, quod actioni formaliter in
judicium deducta inseruit, ad quam ita adstrictum est, ut se-
cundum naturam istius actionis sententiam pronunciare, & to-
tum processum dirigere necesse sit. ZIEGLER cit. l. HARPRECHT
ad l. pr. de offic. indic. n. 17. Hoc ipsum sepe exserebat apud
Romanos, ubi solennis actio seu formula agendi erat prodi-
cta & iudex pedaneus ad notionem exercendam dabatur. I-
ta communiter haec diuisio tradi solet, quæ tamen ab aliis ia-
dubium vocatur. Neque enim mercenarium satis exhausti-
re existimat officium *iudicis pedanei*, quippe qui quidem in
negotii stricti juris stricte formulæ inhærebat, nec ultra quid
adiudicabat, sed in actionibus bonæ fidei *ex officio* plura agere
poterat, quæ nec Prætor in formula expresserat, nec coram eo
ab auctore vel reo proposita erant, ut sic nobile officium exerce-
sse videatur. Proinde officium mercenarium restingendum
esse

esse volunt ad causas stricti iudicis, & potestatem iudicis pedanei, ad formulam restrictam; quo posito cum magistratus nostri non amplius sub formula iudicent, nec fora nostra negotia stricti iuris agnoscant, vti Dn. Præl. tr. de action. sect. I. c. 3. probauit, inde concludunt, eo sensu officium iudicis hodie nobile, non vero mercenarium esse. Neque obstare aiunt, quod adhuc hodie index sua sponte, etiam non imploratus, agere poscit, quedam autem non aliter quam imploratus: nam in eo vnicce querendam non esse differentiam virtusque officii volunt, qui a definitionibus antea traditis recedunt, cum etiam officii nobilis exercitum implorationem haud excludat, prout hac tenus dictum est, & in genere in l. vn. C. ut quæ def. adwoc. part. cautum sit, iudicem ab aduocatis omisa supplere debere, id quod olim in causis stricti iuris a iudice pedaneo fieri non poterat. Evidet ingenuus fateor, utramque definitionem admitti posse, cum hec diuisio magis ex glossatorum doctrina, quam ex ipsis fontibus procedat: interim magis priori inhaerendum est, vt conclusiones inde deduci solitas recte percipere possumus, in quibus alias facile erramus, si a doctrina vulgata recedimus.

§. VI. Quæ cum ita sint, facile iudicari potest de sensu genuino & viribus clausulæ libellorum salutaris, cui alias ingentes præter meritum attribuuntur vires. Scilicet imploratur hac clausula index, vt secundum officium nobile procedere velit: Sed in quem finem? vt iudex liberius, aiunt, agat, libellum generalem admittat, libellum quemcunque, inceptum etiam, ita interpretetur, vt subsistere possit, cum omnne remedium competens intentatum videatur, & iudex ita supplere posit, quæ in libello peti & exprimi debuissent, sed ex incuria Aduocati omista sunt v. c. fructus, expensas, interesse &c. Speciatim singulos effectus huius clausulae refert & examinat Dn. I. S. STRYK. de claus. libell. salut. c. 2. §. 3. Evidet non nego, clausulam hanc in praxi adeo omnium occupasse mentes, vt in summo habeatur pretio, & virtute eius

De intellectu
& viribus clau-
sulae salutaris.

libelli soleant sustineri, qui summo iure reiici debuissent,
 CARPZ. in proc. tit. 6. art. 2. n. 2. & p. 3. decis. 233. n. 21. MARTI-
 NI ad proc. sax. tit. 5. §. 2. n. 3. seqq. & suppleantur, quæ omis-
 sa sunt, MEVIUS p. 3. D. 351. quod etiam diserte prouisum in
 ordin. proc. Magd. noniss. c. 18. §. 1. gestalt ein ieder Richter vi
 huus clausulæ schuldig und besugt seyn soll/ dasjenige / was der
 Aduocat circa ius ubergangen tecundum acta & probata in
 sententionando zu suppliren/quin quod velint iudicem vi hu-
 ius clausulae de simplici & plano, sola veritate facti inspecta,
 procedere posse SCHILTER ex. 47. §. 16. Vnde tamen hi &
 similes effectus huic clausulae adscribi debeant, hacenus satis
 demonstratum non esse puto. Scilicet vel versamur in pro-
 cessu ordinario, vbi solennis actio est prodita, vel in summa-

Et quidem (viro seu extraordinario, vbi actio solennis deficit. Priori ca-
 in processu or- su nobile officium implorandum non esse volunt, cum ad
 dinario. hoc demum recurratur in casu deficientis actionis, TEXTOR
 in praxi iudic. p. 1. c. 17. n. 137. seqq. vbi tamen manifestæ equi-
 tas adest, iuris remedium dandum esse, MEISCHNER tom. 1. dec.
 Cam. decis. 8. n. 24. seq. MARTINI in anal. ad process. saxon. ad
 rubr. tit. 1. n. 1. 2. quod etiam cum definitione vulgata officii
 nobilis conuenit. Et tamen praxis docet, quibuscumque
 libellis, etiam vbi actio ordinaria in iure prodita est, hanc
 adiici clausulam, & indistincte eidem effectus predictos ad-
 scribi, quod etiam MARTINI ad tit. 5. §. 2. tam in comment.
 quam in anal. facit, ut ipse ad rubr. tit. 1. premiterat, no-
 bile officium implorandum haud esse, vbi ordinaria actio datur.
 Ex quo concludo, in processu ordinario, vbi actio ordinaria
 prodita est, plane omittendam esse hanc clausulam, quia re-
 vera otiosa est, etiam ex doctrina vulgata, cum vbi actio ordina-
 ria adsit, haud recurrendum sit ad implorationem officii iudicis,
 prout in predicta clausula fieri solet. Neque enim iudex, in-
 vitis partibus, a via iuris ordinaria deflectere, & loco proces-
 sus ordinarii, summarium eligere potest, quamvis hunc esse
 etum huic clausulae SCHILTERUS cit. 1. adscribat. Neque me ab
 hac

hac sententia dimouet, quod asserere soleant, posse iudicem
 virtute huius clausulæ omista supplere; id enim haud facit
 virtute huius clausulæ, sed *legis prescripto & ratione officii*,
 ad normam legis adstricti per l. vn. C. ut que def. aduoc. part.
 cum etiam olim apud Romanos in actionibus b. f. iudex pe-
 daneus, ex *equo & bono*, multa supplere poterat, quæ formu-
 lœ haud inserta erant. Neque aliud dicendum esse arbitror,
 si quis obliuiciat, ad minimum in actionibus stricti iuris clau-
 sulæ huius effectum insignem esse; nam (1) prout supra iam
 dixi, tales actiones in foris nostris exultant, & si (2) vel ma-
 xime supereffient, mutata tamen est fori nostri ratio, cum
 nec formula sit impetranda, nec iudices nostri ad eam ad-
 stricti sint, nec denique hic imploratio officii iudicis admitti
 possit, quæ tantum in defectu actionis datur. Supersunt (M) in proce-
 ergo *persecutiones extraordinaria*, quæ processu summario
 expediuntur, quando actio solennis prodita non est, vbi rursus
 questio mouetur, an hic vium præbeat clausula; salutaris.
 Non arbitror, si constat eiusmodi remedium in casu addu-
 cito competere, veluti in calu alimentorum, salariorum, piæ
 causa & quamvis ad hoc utilis sit, vt inde perspicue con-
 stet, non processum *ordinarium*, sed latim summarium *in-
 stitutum* esse; nihilominus tamen hisce casibus illos effectus
 non habet, qui vulgo eidem adscribuntur, veluti quod ine-
 ptum & generalem libellum sustineat; nam in hoc processu
 ne quidem *solennis libellus* desideratur. *clem. s̄pē de V. S.*
 adeoque qualiscunque libellus sufficit, non *virtute huius
 clausulæ*, sed ex *natura processus summarii*. Et tandem huc
 omnia collimant, quæ vulgo de duplice hoc officio adferri
 soleant, scilicet *officium mercenarium* locum habere, vbi so-
 lennis prodita est actio, *nobile vero*, vbi tantum competit
extraordinaria persecutio. teu prout hodie loquuntur, *implo-
 ratio officii iudicis*, vt in *restitutione minorum c. 2. X. de of-
 fic. iudic.* Ex quo porro concludit Dn. BERGER in *econom.
 iun. lib. IV. tit. 5. not. 5.* *Officium iudicis mercenarium speci-
 atum*

atim implorandum esse, alioquin idem illud non debere nec posse a iudice exerceri: Vbi enim solennis actio prodita est, speciatim in libello omnia sunt exprimenda, & certa petitio esse debet, neque enim conclusio generalis sufficit, licet vel maxime clausula salutaris adiecta fuerit, cum in eo casu nobile officium iudicis quietcat, actione solenni prodita: E contrario, ait Dn. BERGERUS, officium nobile saltim generatim implorandum est, quod secundum predicta ad processus summarios restringendum, vbi, deficiente actione solenni, qualisunque imploratio sufficit.

Quando hodie §. VII. Interim tamen eo casu clausulam hanc utiliter clausula salutaris effectum adhiberi existimarem, si iuste dubitatur, vtrum in casu emergente solennis actio competit, an vero persecutio extraordinaria, vel quale remedium competit? Sic enim iudex pro administranda iustitia virtute huius clausula imploratur, & ut in dubio extraordinem succurrat, petitur, si manifesta aequitatis ratio id suadeat. Nam & apud Romanos olim Praetores hisce in casibus extra ordinem ius dixisse constat. Dico in casu dubio: nam quando constat, actionem non competere, & iura omne remedium excludere, licet aequitas quedam allegetur, deficit etiam imploratio officii iudicis, & consequenter clausula hæc nullum effectum habebit. Iudex tique est minister, non arbiter legis, & ita contra iura remedium iuriis sive ordinariis sive extraordinariis indulgere nequit. Veluti si quis pro praesente & verante fideiilerit, & creditori postmodum soluerit, aequum videtur esse, ut regressum aduersus debitorem habeat. Sed resistit legis dispositio, cum neque mandati neque negotiorum gestorum actio, nequidem vitilis, hoc casu locum habeat, l. 40. ff. mandatis neque extraordinaria persecutio in iure prodita sit, quæ huic casui applicari posset, adeoque frustranea hodie foret imploratio officii iudicis, & clausula salutaris adiectio. conf. l. 40. §. 9. ff. solut. matrim. TEXTOR tr. de iudic. §. 10. n. 13. 199. Similiter si quis sororem indigentem præteriit, instituto here-

de

de extraneo , integræ existimationis , deficit omne iuris remedium sorori indigenti , nec ei *imploratio officii iudicis* proderit , neque virtute *clausula salutaris* ei succurriri posset , quamvis æquum foret , vt ei succurreretur , cum æquitas , a iure haud agnita & probata , non sufficiat ad producendum iuris remedium . FRANZK. lib. 2. resol. 8. n. 16. Admitto quidem , Prætores olim in his & similibus casibus extra ordinem succurrere implorantibus potuisse , cum etiam edicta conderent , & reuera ita *ius novum* facerent ; ast similis potestas nostris magistratibus data haud est , qui secundum leges simpliciter iudicant , neque imploranti succurrere possunt , vbi constat , remedium omne iuris deficere . Concludo ergo tunc demum , usum huius clausulae esse , vbi non constat , an & quale remedium competit , cum index in dubio prior esse debeat , ad succurrentum , vbi æquitas adest , quam ad denegandum auxilium . Rem declarabo exemplo . Disputatur inter Dd. , an & quale remedium competit , si quis rem alienam bona fide a non-domino comparauit , eamque rursus alienauit , & ex pretio locupletior factus fuit ? Sunt , qui omnne auxilium iuris deficere volunt . FRANZK. lib. 2. resol. 9. n. 125. segg. Alii admittunt dominum contra eum , qui b. f. alienauit in tantum , in quantum locupletior factus est . CARPOV. p. 4. c. 39. def. 9. MEVIUS ad ius Lub. lib. 4. tit. 1. art. 6. n. 12. JULIUS CLARUS lib. 5. recept. sent. §. furtum. n. 26. inf. HERTIUS in param. iur. lib. 1. param. 17. §. 4. Rursus , qui remedium concedunt , de genere actionis haud conueniunt , dum alii conditionem sine causa , vt HERTIUS cit. l. alii actionem in factum subsidiariam , vt KLOCKIUS vol. 2. conf. 50. n. 11. alii implorationem officii iudicis concedunt , vt B. Dn. STRYK. in tr. de action. for. investig. sect. 1. membr. 2. §. 51. inf. In tanta ambiguitate utile foret , adiungere libello clausulam salutarem , & officium iudicis implorare , vt , in dubio hoc , æquitate tamen satis manifesta concurrente , quoquis modo succurrere velit .

**Quando iudex
impertatur
officium suum,**

**Vbi scilicet
ploratur.**

§. II. Sicut ergo ex hac tenus dictis constat, officium iudicis generatim denotare omnem iudicis actionem ad normam legum attemperatam, eiusque rationem habendam esse, tam vbi solennis actio prodiit est, quam vbi deficit, extraordianaria tamen persecutio non deficiente, quamvis diuersimode officium iudicis in his causis lese exserat; ita nunc videndum est, quando iudex officium suum impertiat? Regula vulgata est, & practicorum consensu vnamini approbata: iudicem non impetrari officium in causis ciuilibus nisi imploratum, siue actio solennis adsit, siue extraordinaria persecutio procedendum sit, cum etiam hic cognitio iudicis implorari debeat. *I. 4. §. 8. ff. de damn. infect.* Vid. supra. §. IV. HERTIUS in par. iur. lib. 1. par. 10. §. 2. CARPOV. p. 1. c. 9. def. 15. BRUNNEM. in proc. ciu. c. 4. n. 7. RICHTER. p. 3. decis. Etiam olim in 101. n. 13. BARBOSA in thes. lib. 9. c. 88. ax. 5. Imo etiam olim in causis criminalibus hæc regula locum inueniebat, vbi tantum processus accusatorius in visu erat, nondum recepto processu inquisitorio. Hoc enim vbiique introducto, in criminalibus ab hac regula recesserunt iudices, postquam hunc processum Innocentius III. non tantum approbavit, sed modis omnibus promovit. Sic enim in c. 10. X. de purgat. canon. dilatis verbis ait: *Nec illud etiam improbamus, quod licet contra eum nullus accusator legitimus appareret, EX OFFICIO TUO tamen (fama publica deferente) voluisti plenius inquirere veritatem.* Cum enim criminum persecutio publicam tangat causam, iudicem de illis puniendis tollicium esse debere, arbitrati sunt, nullo licet existente accusatore. Alia videtur esse ratio causarum priuatarum, quæ utilitatem singularum respiciunt, quam quilibet negligere potest, & hanc tenus recte sele habet regula: *iudicem officium suum iniurias vel non implorantibus non obrudere, nec iis ius dicere.* Ita ante aliquot annos ad Facultatem in claram iuridicam acta transmissa sunt, unde apparebat, rusticos quosdam, inter pocula, vnu rationis legitimo per ebrietatem suppresso, pra-

prædia sua inuicem permutasse, interim ad mentem redeuntes querelam nullam mouisse, nec iudicem implorasse, sed recte existimasse, permutationem talem esse inuaidam: fama tamen huius rei ad iudicem loci delata, eum in veritatem negotii *ex officio quasi* inquisuisse, rusticos citasse, eosque examinasse, quod sane ab omni iuris ratione alienum erat, adeoque responsum fuit, das die inquisition in dieser Sache nicht statt finde. Neque vero vsus regulæ huius tantum in eo cernitur, vt iudex ius nemini dicat, nisi mota vel actio fuerit, vel imploratio iudicis officii præceferit, sed etiam quodammodo fœse exserit, vbi iam mota est, vt pendente ipso processu, nihil decernat de eo, quod *ad iura partium pertinet*, nisi imploratus, prout communiter asserunt. Ita (1) stratur. non punit contumaciam rei, quando actor contumaciae accusationem negligit MERCKELBACH apud KLOCK. vol. 3. conf.

187. n. 170. MEVIUS p. 3. dec. 390. n. 1. nec (2) citationem decernit, nisi ad instantiam partium. BERLICH. p. 1. concl. 10. n. 2.
GAIL. 1. obs. 50. n. 45. SCHRADER de feudis p. 9. c. 7. n. 34. (3)
Implorantes demum in integrum restitut l. 8. l. 46. de minor. l. 52. §. 1. defidei. SICHARD. ad rubric. C. de in integr. restit.
B. Dn. STRYK. in V. M. ad tit. ex quib. caus. mai. §. 4. (4) Instantibus demum litigatoribus de cautionibus præstandis decernit l. 1. §. 2. quod legat. nom. BERLICH. p. 1. concl. 18. n. 7. 8.
KLOCK. in relat. camer. vot. 4. n. 32. (5) exceptiones non supplet, nisi oppositæ fuerint. HAHN. ad Wesemb. tit. de except.
n. 3. imo (6) ex sententia MEVII p. 2. decis. 97. n. 4. nequidem iudicis esset, ex officio iniungere probationem, nisi ea offerratur, quod tamen infra examinandum est. (7) Rotulum testium demum ad instantiam partium publicat. c. 10. X. de testib. R. I. de anno 1654. §. 54. Io. COPPEN. lib. 2. obs. 108. n. 3.
(8) Dilationem, parte nod petente, haud indulget. WESEMB. ad tit. de dilat. n. 2. GILKEN ad cit. tit. n. 3. (9) exemptionem sententie iudex decernit demum imploratus. BERLICH. p. 1. concl. 81. n. 2. sqq. SCHWENDENDORFF. ad proc. Fibig. p. 1.

Et in processu
civilii lite pen-
dente quod
exemplis illu-

c. 2. m. 3. §. 24. lit. u. not. i. non proprio motu. VMMIUS de proc. disp. 23. th. 4. n. 20. WURMSER tit. 23. obs. 4. n. 1. 2. (10) acta regulariter transmittit demum, partibus pertinentibus. Mev. p. 3. decif. 40. (ii) commissarii regulariter decernuntur ad petitionem partium B. Dn. STRYK. in introd. ad prax. for. c. 2. §. 7. &c. Neque in his & similibus casibus index officium suum, impertitur, si vel maxime clausula salutaris adiecta est libello. Quamuis enim Dn. ZAUNSCHLIEFERUS de offi. iud. supplet. p. 1. concl. 5. §. 4. existimet, ita iudicem tacite imploratum esse, supra tamen iam dictum est, vigorem huius clausulae minime hue pertingere, imo si vel maxime implorationem continet illi generalis est, quae non sufficit, vbi specialis requiritur, qualis in predictis speciebus desideratur.

§. IX. Concludunt itaque, *iudicem in causa civili regulariter ex officio non procedere, bene tamen in criminalibus.* PETRUS DE FERRARIIS in prax. pap. tit. 2. n. 6. TUSCH. lit. O. concl. III. SOCINUS in reg. 76. Sed circa hanc regulam duo occurunt notanda: (i) Dixi in praxi iudicem *ex officio* procedere, quando non rogatus *ultra* aliquid facit, ut dicitur in l. o. S. 5. ff. de offic. procons. Hac locutio forsitan est ex iure canonico, cum index ibi *ex officio* procedere dicatur, quando, nemine instanti, aliquid agit vel procedit c. 10. X. de purgat. can. Nam quando in iure ciuiladi officium iudicis quid pertinere dicitur, regulariter presupponitur admonitio vel *instancia* partium, quarum interest l. i. §. 6. de magistr. conuen. ibique GOTHOFR. in not. lit. e. ybi ita: *Officio magistratus quod quis prestare debet, tacitam habet conditionem, si denunciatum ei fuerit.* De iure Romano ad officium iudicis petinere dicebantur, quæ, licet ei nominatim non essent a Prætore iniuncta, perage re tamen poterat l. 25. §. 8. ff. de adil. edict. quo ipso tamen rogatio vel imploratio partium non excludebatur. Sic usus esse dicuntur vel in obligatione, quatenus specialiter sunt promissæ, vel in officio iudicis, quatenus non sunt promissæ in

Quando in
praxi iudex
dicatur ex of-
ficio proce-
dere.

in b. f. contractibus, & tamen a iudice possunt adiudicari, si petuntur. l. ss. pr. ff. ad Sct. Trebell. Inde forsitan hæc locutio in praxi nata, vt iudex tunc *ex officio* procedere dicatur, si *sponte* aliquid agere possit, sicuti apud Romanos iudex pedaneus illa *ex officio* agere dicebatur, quæ non requiebant præcedentem iussum Prætoris. (II) Regulam præ-adductam magis accipiendam esse hoc sensu, vt *sine actore* iudex circa item *prinatum* nihil decernat, licet vel maxime aliunde de causa informatus sit, & hoc pertinere vulgatum illud: *Wo kein Kläger / da ist kein Richter.* Ceterum si actor adest, qui item mouet, & ius suum prosequitur, regula prædicta fere plures exceptiones habet, quam exempla sub regula, ut fere illam inuertere possis, & dicere: *regulariter hodie, Lice mota in-lite mota, iudicem ex officio omnia facere posse, que ad ve-dex pleraque ritatis indagationem & iustitiae administrationem faciunt, nisi ex officio face-re potest, vbi in specie partium implorationem processus hodierni requi-runt.* Pleraque, in quibus imploratio specialis requiritur, adducta sunt in §. anteced. Sed longe maior copia eftorum actuum, in quibus iudex ex officio procedere potest, nemine urgente, vt proinde ab eo, quod *ut plurimum* sit, regula exstruenda esse videatur. Liberius hodie magistratus in controversiis derimendis procedere potest & debet, vt qui dem apud Romanos, id quodiuri Canonico debetur, secundum quod simplicius in causis ciuilibus procedendum est. *Prouidacatis attentius, inquit pontifex in c. 6. X. de iudic. ne ita subtiliter, sicut a multis fieri solet, cuiusmodi actio inten-tetur, inquiratur, sed simpliciter & pure factum ipsum & rei veritatem, secundum formam canonum, & sanctorum patrum instituta investigare curetis.*

§. X. Ut igitur assertionis huius veritas eo magis ap- Quod illustra-pareat, per singulas species eundum, & inquirendum, an & tur, quatenus iudex *ex officio* procedere possit? quo facto, liquido apparebit, iudicem in plerisque *ex officio* procedere posse, nisi expresse *specialis* requiratur *rogatio* & instantia eius,

cuius interest. Procedit autem iudex *ex officio* adhuc solitus, si causae & processus summarii ratio id postulat, etiam non in articulis, in quibus alias imploratio iudicis presupponitur, de quibus casibus agendum *cap. sequenti*. In processu vero ordinario omnia illa, quae iudex *ex officio* facere potest & debet, ad duo capita referri possunt, dum quædam *ex officio* supplet; de quo *capite III.* agemus, quædam *ex officio* dicendi locus erit.

CAP. II.

DE

IVDICE EX OFFICIO PROCEDENTE
OB QVALITATEM CAVSAE ET
PROCESSVS.

§. I.

Quædam iudex ex officio facere potest, quædam etiam deberet,

OMNIA illa, quae iudex *ex officio* i. e. non imploratus, facit, vel ita se habent, ut necessario illa peragere debeat, vel ut peragere possit. Illa necessitatem iudici imponunt, hæc vero ad arbitrium eius spectant. vid. ZAUNSCHLIFER, *de officio iudicis supplet.* p. 1. concl. 12. Fundamentum huius diuersitatis primarium quærendum est in ipsa legum dispositione, ut attendamus, utrum leges rem iudicis *arbitrio* permittant, an vero iudicis necessitatem imponant, aliquid præcise agendi sub pena. Si de priori constat, iudex quidem *ex officio* aliquid agere potest, sed non tenetur, hoc sensu, ut litem suam faciat, vel alias conueniri possit, si non procedat *ex officio*. Non enim quicquid iudicis potestati permititur, id subiicitur turis necessitatibus, ut dicitur in l. 40. pr. ff. *de indic.* Declarat Iulianus

nus in l. 8. ff. de offic. præsid. hoc ipsum sequenti exemplo: *sarpe audiui, Cesarem nostrum dicentem, hui rescriptione: eum, qui provincia præf., adire potes, non imponi necessitatem proconsuli vel legato eius, vel præfidi provincia suscipiendo cognitionis: sed eum estimare debere, ipse cognoscere, an indicem dare debeat.* Sic iudex ex officio potest decernere transmissionem actorum, causam pro conclusa habere, aliquando ex officio commissarios constitui &c. vt tamen ad id haud præcise teneatur; vnde hic imploratio partium utiliter adhibetur, vt excitetur iudicis officium, quæ in iis, quæ iudex ex officio facere debet, minus necessaria est. Hæc vel ideo præmittere volui, vt illa, quæ iudex facere possit, ab iis, quæ facere debeat, in sequentibus fedulo discernerentur.

§. II. Ceterum iudex in quibusdam causis magis, in quibusdam minus ex officio quid facit, prout cause sunt vel summarie vel ordinaria. Sicut enim olim in his prætor ipsis procedebat, non dando iudicem pedaneum, & causam sue cognitioni reseruabat, quin & principes, ad instar prætorum, sue cognitioni causas, moram non ferentes, aliasque summarias deputabant; ita solitus agebant, liberius cognoscabant, non sub formula iudicantes, sed liberam & nullam adstrictam vinculis religionem exercentes. Hoc intuitu summae prætore cognoscere dicebantur l. 5. §. 8. ff. de agnosc. vel alend. lit., item de plano & simplici, quod opponitur, pro tribunali agere l. 1. §. 8. ff. ad SCt. Trebell. l. 1. ff. de consti. princ. l. 9. §. 3. ff. de offic. proc. l. 11. §. 6. ff. de L. Idl. de adulst. l. 18. inf. de quest. Explicat hunc morem egregie Iacobus RAVARDUS in proribun. c. 7. ostendens, tribunal immobile & certo in loco edito que positum fuisse, cui opponitur sella, quia moris erat, vt post prætorem per regiones urbis vicosque obambulantem veheretur sella, vt si adessent, qui postulare vellent, in loco publico poneretur, & magistratus statim extra ordinem ius diceret l. 7. ff. de manum. vind. quo ipso sane ambages, vel alii litiū circuitus admitti non poterant, & ita

In causis sumi.
maritis index
magis ex officio procedit.

mul-

multa imo pleraque magistratus *ex officio* determinabat.

Cause summariae duplicitis generis.

(I) Per commisionem principis sub clausula: sola veritate facti inspecta.

Vbi index ex officio in plenisque procedit.

§. III. Ut vero statim hanc doctrinam ad praesentem applicemus praxin, constat, quod cause *summariae* sint vel *per se* tales, ex iuris dispositione, vel *extra ordinem* & *ex accidente* tales fiant, ex speciali principis commissione. Sæpius enim contingit, vt cœla quædam, alias *sua natura* ordinaria, extraordinem quibusdam decidenda committatur, sub clausula, vt de *simplici & plano*, sola veritate facti *inspecta*, decidatur, quod, iure permittente, fieri posse, docet B. Dn. STRYKUS *diss. de iudic. princip. iuxta solam facti veritatem.* §. XI. seqq. Admittit hoc etiam pontifex in *clem. sape de V. S.* vbi refert *sepe contingere, quod causas committat, & in eis simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicis procedi mandet.* Quomodo vero in eiusmodi casibus procedere debeant communarii, succincte in *cit. clem. sape*, ostenditur; specialius vero illustratur in *cit. dissert.* §. XVIII. seqq. ex quibus appareat, iudicem *litem, quanto poterit, facere breviorem, & ita multa ex officio facere, multa quoque omittere debere, que alioquin ex officio agere poterat.* Hic enim iudex libellum qualecumque admittere, nec eum *ex officio*, vt ineptum, reiicere potest, cum *libellus solennis* hic nequidem requiratur. Idem quoque locum habere volunt, quando coram iudicio superiori seu in auditorio principis lis peragitur, quod princeps de *simplici & plano* procedat MYSING. cent. 4. obs. 5. Scen. 6. obs. 93. HARTM. PISTORIS lib. 4. qu. 17. n. 21. Potest procedere porro iudex sine litis contestatione solenni, *ex officio* reiicere omnes exceptions dilatorias, compellere partes, vt in feriis, humanis scilicet, compareant, coercere *ex officio* multitudinem testium, quæ processum valde retardat, eosque summarie, nequidem articulis exhibitis, de causa ipsa eiusque circumstantiis examinare, præterea interrogare potest partes, & testes sue ad earum instantiam, *sine ex officio, rebusunque hoc aequitas suadebit, vt dicitur in cit. clem. BARBO-*

BOSA ad cit. clem. n. 23. MENOCH. de A. I. Q. lib. 2. cas. 51. n. 40.
 MARANTA p. 4. dist. 9. n. 30. adeoque dici nequit, interrogati-
 ones a fori viu alienas esse, quippe quæ in processibus sum-
 mariis insignem præstant vsum. Potest itaque hunc in finem
 iudex ex officio partibus præfigere terminum, zum mündlichen
 Verhör/ quippe in quo commodissime eiusmodi interrogatio-
 nes institui possunt. Neque hic desideratur conclusio in
 causa expressa, sed iudex, vbi satis sufficienter ex actis de
 causæ veritate informatus fuerit, statim lalentiam proferre
 potest. d. clem. sape. inf. ibi: si ei videbitur. Breuiter: iudex
 omnia ea hic facere ex officio potest, quæ ad veritatis inue-
 stigationem, remotis omnibus ambagibus, facere possunt. Et
 inde super omni eo, quod probatum est, pronunciare pot-
 est, licet haud fuerit petitorum. Posth. resol. 92. n. 2. seqq. Es-
 BACH in Carpz. p. 1. c. 2. def. 10. n. 4. Ita iudex tamen proce-
 dere potest, non tamen necessario debet, quia, prout addit
 pontifex inf. in d. clem. si solennem iudicarii ordinem sive
 in toto sine in parte, partibus non contradicentibus, obser-
 uauerit, processus propterea haud erit irritus. Vnde euenit,
 vt processus summarii, præsertim in Saxonie, hodie suis non
 careant ambagibus.

§. IV. Hæc quæ generatim sunt hac tenus dicta, ad cau- (II) Ex legum
 fas summarias, que per se tales sunt, etiam applicari possunt, dispositio-
 ne ex quibus quasdam tantum referre lubet. Sic (I) causarusti-
 corum sunt summariae Nov. 80. c. 1. CHOPPIN. lib. 3. de priuili. procedit (I) in
 rufic. c. 1. CARPZOV. lib. 6. resp. 122. vnde rusticis subuenien-
 dum a iudice ex officio, si debito modo actionem non edi-
 derint l. 1. inf. ff. de edend. cum ignorantia iuris eis imputari non
 posse. GABRIEL. lib. 6. c. 1. n. 26. MASCARD. de probat. conclus.
 1258. Potest itaque iudex ex officio lites eorum dirimere,
 si vel maxime actor, quod petere debebat, haud recte & con-
 grue petierit, vel quod opponere actioni debebat, omiserit. FA-
 BER in l. mulierem. C. si mancip. ita ven. Auton des neuver-
 mehnten Dorff und Land Rechts. §. 148.

C 2

S. V.

[II] In causis
ecclesiasticis

§. V. Potissimum (II) huc referri debent causa ecclesiasticae, in quibus itidem procedendum simpliciter & de placito, & sine strepitu iudicij figura clem. 2. dejudic. Refert hoc pontifex in cit. tx. causas electionum, postulationum, provisionum, dignitatum, personatum, officiorum, canoniciatum vel prebendarum, seu quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, decimarum, matrimoniorum &c. Mevius p. 3. decis. 217. n. 5. CARPOV. l. 3. iurispr. consil. def. 19. n. 1. Hoc intuitu causa ecclesiasticae equiparantur publicis, CARPOV. lib. II. iurispr. consil. def. 1. n. 8. quemadmodum causa sacre ex que olim, ut publicæ, per interdicta expediebantur t. t. ff. ne quid in loco sacro fiat. Imo causis aliis grauiissimis, imprimis criminalibus, adeo equiparantur, ut iudex in his quoque ex officio procedere possit. HEIGIUS p. 1. qu. 40. n. 25. Mevius p. 2. decis. 364. n. 6. B. DN. STRYK. in not. ad ius eccles. BRUNNEM. lib. III. c. 3. §. 1. nisi forsitan causa ecclesiastica primario ius priuati concernat, nec adeo rationem spiritualitatis habeat. Huc refero ius patronatus laicum, de quo licet summarie agatur, teste FINCKELTHAUSIO de iur. patron. c. VIII. n. 15. seqq. non eodem modo tamen in eo ex officio procedit, vt in aliis causis ecclesiasticis & pii. Sic non dubium est iudicem ecclesiasticum in causis beneficialibus, & diuinorum officiorum &c, nemine etiam urgente, posse procedere, c. 19. X. de elect. ibi: duximus ex officio nostro, sicut devenit, procedendum. Imo si vel maxime litigantes transegerint, consistorio tamen adhuc integrum est, ex officio vterius inquirere, cum partes de causis huiusmodi pro luctu transigere non possint. BRUNNEMANN. de iur. eccles. lib. III. c. 9. §. 11. In ordinat. March. consil. tit. st. consistoriali bus indulgetur, vt etiam ex officio citationes decernere possint, in causis scilicet ecclesiasticis, cum alioquin citationes regulariter ad instantiam partium demum fieri debeant. GAIUS I. obs. 50. n. 3. seq. Cum itaque causa matrimonialis hisce annumerentur, & proinde etiam criminalibus equi-

Et matrimo-
nialibus.

æquiparentur, H̄IGIUS p. 1. qu. 40. n. 25. inde concludunt iudicem ex officio desponsatos ad consummationem matrimonii adigere posse. CARPZ. p. II. iurispr. consift. def. 132. MEVIUS p. 6. de cīs. 61. ZAUNSCHLIFFER de offic. iudic. supplet. p. 2. concl. 2. et si neutra pars contrahentium matrimonii consummationem virserit. Rationes has adducit Mevius cit. l. (1) quia interest reipubl. nuptias consummari ad procreandam sobolem & augendam ciuitatem; (2) quia interest ecclesiæ, ut scandalum præcaueantur, quæ ex tali protractione nascuntur. Evidem hanc sententiam eo casu facile admitto, si scandalum publica ex tali protractione oriri possunt, veluti si desponsati cohabitent, cum eiusmodi cohabitatio sinistra suspicione haud careat. Ast, ceſante tali suspicione, dubium sane est, an ex intermissione consummationis scandalum per se oriatur? Cardo controuerſia inde dependet, vtrum sponsalia mutuo diſſenſu diſſolui poſſint? quod communiter negant, qua ſuppoſita ſententia, conclusio adducta ſatis fundata eſt. Enim vero quia nondum ſatis euictum eſt, sponsalia mutuo diſſenſu diſſolui non poſſe, nec ab indiſſolubilitate matrimonii ad ſponsaliorum nexum valet argumentum, quam ſententiam plenius defendit B. Dn. STRYK. tr. de diſſenſ. ſponsal. ſect. III. §. 3. ſeqq. facile conſtat, Meviū ſententiam indiſtinete ad mitti haud poſſe. Sane ſponsaliorum non maior vis eſt, quam aliorum pactorum, docente B. STRYKIO cit. l. §. 19. & conſequenter ſicuti ad pactorum consummationem iudex ex officio neminem adigit, ſufficiens deēſt ratio, ob quam iudex ex officio desponsatos, reluctantēs & diſſentientēs, adigere queat ad matrimonium consummandum, quoſum etiam collimat Pontifex in c. 2. X. de ſponsal. contendens, in ſponsalibus non maiorem eſſe vim, quam in ſocietatis contracitu. Et quamuis plerique pontificis ſententiam accipient de ſponsalibus de futuro, conſtat tamen, ſponsalia, quæ canoniſtis de futuro dicuntur, h. e. pura & ſine omni conditione contracta,

nobis dici de praesenti, de quibus status controvrsia mouetur.

(III) In legis
ad pias causas,

S. VI. Hisce (III) annumerantur *causapie*, & sic quoque *legata ad pias causas*, pro quorum conseruatione iudex *ex officio* laborare debet. Nam, fauore piae cause, tam secularis quam ecclesiasticus iudex legata pia exequi possunt. CARDINALIS TUSCH, tit. R. concl. 134. n. 9. MANZIUS in *special. iur. commun. voc. piacausan. 67.* cum etiam cuiilibet permissum sit, denunciare magistratui, tale legatum esse relictum, ne ab heredibus supprimatur l. nulli 28. in f. C. de episc. & cler. Nov. 131. c. 11. § 12. Hoc intuitu ANDREAS TIRAUPELLUS de priuilegiis piae causa, priuilegiis, contendit, iudicium popolare dari pro legatis ad pias causas, imo, quod magis nostro inseruit loco, priuilegiis, addit, officium iudicis, nemine etiam petente, in piis causis interponendum esse, alioquin iudicem puniri posse. Illustrationis causa adieciam sententiam illustr. Facult. iurid. mens. Decemb. anni 1711. conceptam, quæ asserta confirmat.

Sententia.

Auff eingewandte Leuterung / deren prosecution und erfolgte Gesesse in Sachen Henning Oberkampff Besl. und litis denuncianten/ an einen/ Marien Salome Delien Klägern / und Andreas Oberkampff litis denuncianten an andern und dritten Theil/ erkennen zum Halberstädtischen Stadt- Gerichten verordnete Richter und Schöppen auff eingeholten Rath derer Rechts- Gelehrten vor recht/ daß es der eingewandten Leuterung ohngeachtet bey der No. 64. befindl. und den 13. Martii 1711. publicirten Urtheil ledigl. zu lassen / iedoch mit dieser Erfährung / daß Besl. den referirten Eyd nach seiner eigenen in der iustificatione leuterationis gethanen Erfährung nummehr allein über 50. fl. deferirter massen/ abzulegen schuldig sei. R. R. W.

Rationes decidendi.

Es hat die Klägerin Maria Salome Delien/ Henning Oberkampff wegen eines legati familie von 100. Rthlr. betangen / als wel-

welches in dem Nöfelschen Testament expresse darzu vermachet/
dass die Zinsen davon einer bedürfenden Oberkampffischen Witt-
wen gereicht werden sollten / wi dann Klägerin sich darzu am nech-
sten aniehto berechtiget zu seyn vermeynet / gleichwohl der Becl.
solches von Anno 1692. / da seine Mutter verstorben / in Händen
behalten / und davon Rechnung thun müsse. Nun hat zwar der
Becl. dagegen eingewandt / dass er auff Andreas Oberkampff Be-
fehl 86. §l. davon bereits an ihren verstorbenen Mann gezahlet auch
ihm deswegen item denunciaret / und den End deferiret / es ist
aber sowohl hierüber / als auff die Bezahlung und edirung des
testamenti gesprochen worden / wovon Becl. Henning Ober-
kampff geleutert. Ob nun wohl derselbe sich dadurch grauiret Rationes du-
zu seyn vermeppen wollen / dass (1) Er zu Bezahlung des Nöfels- bitandi,
schén legati der 100. §l. nebst denen von Anno 1692. verfallenen
Zinsen dergestalt condeimniret sey / dass Er solche in die Ge-
richte lieffern solle / da doch die Klägerin kein fundamentum
agendi habe / und sich im der Anno 1692. gemachten caution
nicht gründen könne / als welches ein instrumentum inter alios
initium sey / er sich auch darin nicht obligiret / dass er einer Witt-
wen solche 100. Rthlr. restituiren wolle / dahero das Gerich-
te vor sie die 100. Rthlr. nicht in Depositum nehmen können; (2)
dass der End nicht deferirter mässen in sententia exprimiret/
wobei er doch sich erklähret / dass er nummehr nicht über 86. son-
dern 50. §l. zu schweren bereit sey / endl. (3) dass die edition des
Nöfelschen Testaments Ihm auferleget seye / da er doch nicht
testamentarius sey / auch solches nicht in Händen habe.

Dierweil aber dennoch aus dem ad acta gegebenen Schein Rationes deci-
de Anno 1692. deutl. erhelllet / dass Henning Oberkampff die dendt.
Nöfelsche Legat-Gelder vor seine Mutter / als einer damahlichen
Wittwe empfangen / auch solche nach ihrem Tode zu restituiren
versprochen / und das solches Capital zum Unterhalt nothdürftiger
Wittwen constituiret sey / nicht in Abrede seyn kan / mithin all-
hier ein legatum ad pias causas vorhanden / cuius conseruatio
Magistratui quoque incumbit.

ARG.

arg. l. 28. l. 49. C. de Episc. & cler. Nov. 151.
C. II.

ad eosque magistratus *ex officio* quoque ad obsequium vltimæ voluntatis compellere potest debitores.

l. 50. de petit. hered. in fine c. 19. X. de testam.

Oldend. de execut. vlt. volunt. tit. 7.

Welches althier um desto mehr zu attendiren / da noch nicht ausgemacht ist / ob Andreas Oberkampff testamentarius sey / und also ad instantiam der Klägerin der Magistratus Befl. und Leuteranten wohl anhalten und condemniren möge / die Legat. Gel. der cum usuris in die Gerichte zu liefern.

Clem. unde testam.

Lauterbach. de execut. vlt. volunt. c. 9. n. 159.

welches auch so gar/nemine urgente, ex officio geschehen mögen.

Idem cit. l. n. 167.

mithin es althier nicht darauff ankomt ob die Klägerin ein fundamentum agendi habe / oder nicht / welches sich nachgehends/ wenn das testamentum ediret ist / schon finden wird/ nechst dem bey dem andern grauamine kein reeller Unterscheid unter der intententia gebrauchten / und von dem Leuteranten begehrten Veränderung der formulæ iuramenti zu finden ist / zumahl die intententia angeführte formula eben den Verstand hat / welchen Befl. in delatione iuramenti intendiret/ und da er sich nunmehr erläßret/ daß er nur über 50. Jl. und nicht über 86. Jl. schweren wolle/ solches billig ihm zu verstatte ist / da solches ihm selbsten preiudicirt/ Klägl. auch dagegen nichts eingewandt / und endlich so viel die edition des testamenti betrifft / solche von ihm nicht weiter gefordert worden / als daß er solche entweder bewerckstellige/ oder vermittels Eydes sich reinige / daß er das testamentum weder habe / noch gefährl. Weise von handen kommen lasse / so hat geschehener mäzen erkant werden müssen.

(IV) In causis *alimentorum* S. VII. Reserunt huc etiam (IV) causas *alimentorum*, quæ non tantum sua natura summariae sunt, & simplici iudicis imploratione expedituntur *l. 5. §. 8. de agnosc. vel al. liber.* Su-

SURDUS de alim. tit. 8. priv. 2. RITTERSHUS. ad Nov. p. 9. c.
 3. n. 17. KNIPSCHILD de fideic. famil. c. II. n. 316. sed etiam iudicem ex officio de illis præstandis sollicitum esse debere concludunt ex l. diu. 89. pr. ff. ad L. Falcid. vid. ANDREAS TIRAQUELLUS de priuile. pia causa priuile. 152. COLER. de aliment. lib. III. c. 2. n. 9. imo & quemlibet de populo admittunt. Hoc tamen merito restringunt ad alimenta egenis debita, de quibus ita COLERUS cit. l. In quibus casibus index ex officio se tenetur interponere, in iis quilibet de populo ad agendum admittitur. Sed in causa alimentorum inopi debitorum index ex officio se tenetur interponere. Ergo in causa alimentorum inopum quilibet de populo ad agendum admittitur. Hanc sententiam in seqq. n. 21. subinde ulterius inde confirmat, quod index, etiam non requisitus, personis miserabilibus debeat impetrari suum officium, maxime quod alimenta pauperum piis causis accenseantur. Hoc intuitu iudex ex officio prospicit pupillis de alimentis, si tutor copiam sui non faciat, ut alimenta eis decernantur §. 9. I. de suspect. tut.

§. IIIX. Proximum (V) occupat locum causa dotis, (V) In causa quam æque piam esse volunt MANZIUS in special iur. commun. dotis.
 tit. dotis favor, & plerique alimentorum causæ æquiparandam esse assérunt, TIRAQUELLUS cit. l. priuile. 152. COLER. de aliment. lib. II. c. 10. n. 1. seqq. quamvis hec æquiparatio non vniuersalis sit, vt ostendit COLERUS cit. l. Hoc interim certum, fauorem dotium esse insignem, earumque iura singulæria plura reperiri, explicata a BAPTISTA DE S. BLASIO tr. de priuile. dot. & Io. CAMPESIO de priuile. dotis. Cum itaque causa dotis quodammodo pia sit, inde inferunt, iudicem in ea ex officio procedere posse. BRUNNEM. ad l. vn. C. ut que desint aduoc. part. n. 6. BAPTISTA DE S. BLASIO cit. tr. centur. III. n. 4. Sic (I) iudex ex officio decernere filiæ dotem potest, propter absentiam vel captiuitatem patris l. s. §. 4. ff. de iur. dotium. OLDENDORP. de iur. singul. rubr. de pri-

privil. dot. privil. 26. (II) viro vergente ad inopiam, iudex decernere ex officio potest, ut mulieri dos restituatur, etiam ea non petente. BAPTISTA cit. l. (III) iudex ex officio patrem, dotem repetentem, repellere potest, si suspectus sit de dilapidatione l. 22. §. 6. ff. sol. matrim. (IV.) Ex officio cogere patrem potest ad dotandam filiam, si patris procaciam & filiae verecundiam iudex animaduertat. MANZIUS *special. iur. commun.* voce dotis favor. n. 47. Dn. ZAUNSLIFFER. de offic. iudic. supplet. p. II. concl. 18. §. 2.

(VI) In tutela
causa.

*Et altorum
miserabilium
personarum.*

§. IX. Est quoque (VI) insignis tutela favor, quæ magistrati vel ideo commendata esse debet, quia pupilli dicuntur esse in publica tutela reipubl. l. 2. §. 1. ff. ne de frat def. adeoque primario hi, qui reipubl. præsunt, hanc *publicam tutelam* subire deberent. Cum vero magistratus omnium pupillorum tutelas suscipere, & administrare non posset, vices suas alii demandat, & hoc intuitu tutela *munus publicum* dicitur. Inde facile apparet, iudicem plura in tutela ex officio facere posse, quæ scilicet ad pupillorum commodum faciunt. Sunt præterea pupilli, æque ac viduæ, miserabiles personæ, in quarum causis iudex, etiam non petitus, procedit. ASINIUS de execut. §. 3. c. 144. MANZIUS *in special. iur. com. voc. miserabilis persona* n. 17. §. 28. Vnde etiam *actio tutelle* vocatur arbitrum tutela, quod multum arbitrio iudicis relatum sit, vt ipse æstimare queat, quid e re pupilli esse videatur. Hoc arbitrium potissimum sese extiterit in excutientis rationibus, quem in finem ex officio commissarios constitueri potest, qui rationes tutorum examinent l. 5. inf. de manu miss. MEVIUS p. 2. decis. 123. B. Dn. STRYK. in us. mod. tit. de tut. §. rat. disrah. §. 9. quod per sententiam ab ill. Facult. iurid. Hall. Mens. Nov. 1704 latam illustrari potest, cuius hic tenor est: In Sachen Frauen J. W. von M. Klä gern an ein/ Herrn I. F. und W. E. von B. Bessl. andern Theils erkennen wir u. vor recht. Daz zu fordern Beßlagte dem iudicero von d. Nov. 1701 vol. 1. fol. 50. ein Gnige zu leisten / auch die

præf.

rückständige Rechnungen Einwendens ohngeachtet/ binnens 3. Wochen bey Straffe 100. Rthlr. einzuschicken schuldig/ mit ihrer Ge-
gensforderung aber in die reconuention zu verweisen seyn. Wann
nun solches geschehen/ so sind gewisse commissarii ex officio zu
ernennen/ welche die von Klägern gezogene Rechnungs- defecte
von punct zu punct in beyder Partheyen Gegenwart durchge-
hen/ Sie darüber vernehmen/ und in Güthe aus einander zu se-
hen trachten/ welche puncta aber durch die commissarien nicht
abgethan werden können/ darüber seind die Partheyen zum
fernern rechtl. Verfahren zu verweisen/ und ergehet alsdenn auch
hierinnen weiter was recht ist. In rationibus decidendi ad de-
clarationem sententia hæc inter alia adduntur: In dem Fall
nun als die übrige nachstehende Rechnungen/ wie sich denn aller-
dings gebühret/ extradiret werden/ so ist zu Abhebung aller ü-
brigen vielen Weitläufigkeiten der nechste und leichteste Weg/
vt examen & super iis inquisitio per commissarios expedia-
tur, licet non fuerint petiti, cum index non semper sequi
debeat, quod petitur, sed quod iustum & congruum est
Mev. p. 2. dec. 123. n. 5. § 6. und wenn gleich durch die ex officio
gegebene commissarios nicht alle puncta sullen abgethan werden
können/ so fand doch alsdenn noch darüber/ wie Rechtens/ verfahren
werden sc. Similiter, vbi pupilli vel minores aliis inuoluuntur
litibus, iudex eos sine tutoribus & curatoribus admittere
haud debet, ne nullitatem comittat. BLASIUS ALTIMARUS
de nullis. sentent. p. II. rubr. 11. qu. 236. Mevius p. 4. decis.
95. n. 2. Imo si tutoribus & curatoribus sunt destituti, ex
officio eis prospicere debet Mev. cit. l. n. 3. BLASIUS ALTI-
MARUS cit. l. n. 85. Prospicit autem eisdem ex officio duo-
bus modis: (1) iniungendo petitionem ei, cui ea incumbit.
(II) tutorem constitudo, nemine urgente & petente. Pri-
us tantum iudici regulariter incumbere arbitratur Mevius
cit. l. vbi ita: Cum a propinquis, queis illud incumbit, non
petitur (tutor vel curaor) eius, qui cum ipso intendit, par-
tes sunt curare, ut habeat. Quo etiam negligente, iudicis

officium est, de eo prospicere. At non ut statim det tutorem vel curatorem, sed vt ei, cui ea petitio incumbit, eandem iniungat. Subsidarium enim tantum est officium iudicis, ex quo non habenti datus tutorem vel curatorem, nec eo vitetur, nisi cum alias non est, quem decet ea prouidentia. Periculum quippe, quod iudici ex tali datione accidere potest, suadet, ipsum ad istum ex officio non progredi, quamdiu ab alio id debet subiri. Quocirca cum de curatore minori proutendum erat, placuit, non dari illum a iudice per officium, sed litiganti, vt dari curet, saltim iniungere. Decisio haec fatis fundata esse videtur, si modo is, qui cum pupillo vel minore iudicio contendit, ad petendos tutores vel curatores, & quidem suo periculo, obligatus sit, id quod I C T U S p r e l a u d a t u s in decisione adducta supponit. Ast vero hoc ipsum est, quod merito in dubium vocatur. Nam in l. 1. C. qai pet. iut. hoc ipsum minime iniungitur, vbi ita tantum caueatur: admone adolescentem, aduersus quem consistere vis, vt curatores sibi dari postuleat, cum quibus secundum iuris formam consistat: qui si in petendis his cessabit, potes tum competentem iudicem adire, vt in dandis curatoribus OFFICIO SUO fungatur. Si ergo officium magistratus est, dare tutores, non necesse est, iniungere aduersario, vt petat tutores, sed statim ex officio dare debet. In l. 4. C. eod. non per modum necessitas, sed consilii creditori commendatur, quod posuit & ipse curare, vt pupilli accipiast, per quos legitime defendantur, quo in tentu etiam accipienda l. 7. C. eod. vbi dicitur, quod litigans cum pupillo, tutorem petere hand prohibeat; Ast quod necessario petere debeat, ei hand iniungitur. Ex quo concludo, deficientibus necessariis, quibus iudex ex officio iniungere posuit, vt petant pupillis tutores, magistratum ex officio constituere, non autem litiganti petitionem iniungere debere. ALTIMARUS de nullit. sentent. p. I. rubr. 11. qu. 230. n. 85. FABER in C. lib. 5. tit. 27. def. 3. Huc etiam collinant ordin. polit. de anno 1548. tit. von pupillen und

und minderjährigen Kindern & de anno 1577. tit. 32. Item ordin. prouinc. Anhalt. tit. 33. §. 1. vers. ex officio von sich selbst. Posterior ergo magis ad officium iudicis pertinet, quamvis non semper rationes circumstantiarum permittant, vt impuberi tutor detur, sed sufficiat, si ei curator ad item ex officio constituantur c. vlt de iudic. in 6. l. 25. ff. de tut. & cur. dat. quod prolixie confirmant CARPOV. lib. V. resp. 80. Mevius p. II. decif. 107. vbi n. 3. de praxi ita loquitur: *Praxis fori buic ad stipularur, ut scio sepiissime datos curatores litis, antequam tutela constitui potuit, ne interea indefensi essent pupilli, Et eius constitutio eo citius efficeretur.* In Saxonia eo minus dubii haec sententia habet, postquam in decif. nouiss. 41. hac de re ita cautum est. Wann nun inzwischen in des Unmündigen Sachen eine nothwendige Handelung vorfallt/ und ss geschmünde zu einem Vermunde nicht zu gelangen/ gleichwohl aber denselben Schaden zu verhüten die Schuldigkeit erfordert. So soll bey so gestallten Sachen und Umständen dem Unmündigen ein Curator ad item ex officio verordnet/ und durch denselben dessen Notdurft vor Gerichte gehandelt/ und in Acht genommen werden. Conf. ALTIMARUS cit. l. n. 86. slegg. vbi his , qui contrarium adstruere conati sunt , respondet. Par ratio est furiosorum , prodigorum , mente captorum , fatuorum , mutorum surdorum , aliorumque , qui rebus suis superesse non possunt , quibus itidem ex officio , & , nemine pertinente , curatorem iudex dare potest , immo debet. ALTIMARUS cit. l. n. 93. Ceterum plura alia iudex ex officio circa personam pupilli facere potest , veluti , suspectum remouere tutorem , tutori cautionem iniungere , tutori curatorem adiungere &c. quæ tamen omnia , cum ad processum civilem haud pertineant , intacta relinquuntur.

S. X. Concursus creditorum quoque (VII) summa- (VII) in con-
rie peragitur , & cum communionem creditorum quandam cursu credito-
inducat , Mevius p. V. decif. 124. ita tamen , ut singuli suum rum
proprium interesse persequantur , & secundum vulgatum

prouerbium, communia communiter negligi soleant, inde ne confusio in hoc processu oriatur, iudex *ex officio* omnia ea, quæ ad eum abbreviandum spectant, decernere & prouidere debet, ut processus rite instruatur. Bene MEVIUS p. IV. decis. 86. n. 1. ait: *Cum alias ad officium iudicis pertineat litium abbreviatio, tum ei sub concursu creditorum eo magis studendum, quo illarum prolixitas & intricatio est perniciosa.* In sequentibus recenset, qua ratione iudex se gerere debet, ut processus hic intricatisimus euolatur, & tandem n. 10. subiungit: *Tandem ut etiam non petita iudex EX OFFICIO promaturando processu curet & prouideat. Habet quidem vulgatum axioma: iudicem nisi imploratum nihil facere aut decernere, attamen id cessat, tum ubi de litibus abbreviandis res est, l. quidam, 21. ff. de reb. credit, tam ubi inter plures creditores agitur & si conuenire negeunt l. iure gentium 7. §. f. de paci. Vnde (I) quamuis alias iudex citationem non decernat, nisi ad partium, quorum interest, instantiam, in hoc processu tamen, non potentibus creditoribus, ex officio citationem decernere potest. MEV. p. IV. decis. 145. n. 5.* (II) Si creditores prioritatis iura deducere superfedeant, iudex *ex officio* in iura creditorum & in causas debitorum inquirere debet, praesertim quando creditores iuris sunt ignari, personæ miserabiles, indefensæ vel debita exigua. BRUNNEMAN. *in proc. concurs. credit. c. IV. §. 4.* CARPOV. p. I. C. 28. def. 2. inf. (III) Potest ex officio bona debitoris haftæ subiicere, licet creditores id haud urgeant. CARPOV. p. IV. resp. 4. n. 17. (IV) Iudex ex officio potest constitutere curatorem bonorum, nomine licet petente, cum huius constitutionem conferuatio bonorum efflagitat MEVIUS p. III. decis. 1. § 223. & p. IV. decis. 86. HILTROP. *in process. iud. p. 1. tit. 18. u. 2.* B. DN. STRYK. *ad Brunnem. process. concurs. c. 6. §. 3. inf.* (V) Imo ex eodem fundamento, si bona debitoris sint exigua, ut ex iis impotest fieri non possint in curatoris constitutionem, ex officio abstinet a curatoris constitutione. Tale quid nuper se ex actis

actis ad Facultatem iuridicam transmisitis obseruasle, Dn. Praeses retulit, ubi haec protocollo d. 30. Decemb. 1711. infrafera erant: Vnde denen Dunkerschen creditoren alsi N. N. vor- gestellet / daß man bis dato in dieser concurs-Sache ex officio keinen curatorum bonorum bestellen wollen / weilen bekandt / daß das ganze Corpus bonorum fast in dem ad depositum geliefer- ferten Hauss-Kauff-Geldern bestünde / und das übrige / so etwa sonst noch verhanden gewesen / doch auf der Wittwen Cyd an- kommen würde / auch übrigens die Sache in Anfange klar ge- schienen / weilen aber dieselbe etwas weitläufiger geworden / als man Anfangs vermuthet / wollte man iho nochmahlis von ihnen ver- nehmten / ob sie etwa die Bestellung eines curatoris verlangten? Illi: Sie wären insgesamt noch der Meynung / daß solches nicht nöthig wäre / und weilen es nur unnöthige Unkosten geben wür- de/wollten sie vielmehr es verbitten.

§. XI. Ulterius (VIII) causæ mercaturam respicientes (VIII) In cau-
ſignem fauorem habent, cum & mercatura ad reipubl. v-ſis mercato-
rum.
tilitatem spectet l. 2. ff. de nond. & ratio commerciorum non
admitrat, vt in his causis per ambages procedatur, & apices
iuris obseruentur, sed potius vt ex æquo & bono proce-
debeat. FABER in. C. lib. 8. tit. 23. def. 8. n. 3. FINCKELTHAUS
obs. 17. n. 15. GAIL. 2. obs. 27. n. 27. sola veritate facti inspecta ME-
VIUS p. V. decis. 107. n. 2. & ad ius Lubec. lib. III. tit. 6. art. 21. n.
1. Imo in curia mercatorum eodem modo procedendum
esse, vt in curia ecclesiastica, volunt. MEV. ad ius Lub. cit. l. n.
3. Hoc posito, apparet, iudicem ex officio plura decerne-
re posse, quo eo citius eiusmodi controv ersia sopiantur.
Inde omnes exceptiones, ordinem processus ex iure com-
muni respicientes, in curia mercatorum reiiciuntur. LAUTER-
BACH. de iure in curia mercat. vſit. n. 277. Libellus quiuis ad-
mittitur. HARTM. PISTOR. obs. 180. CARPZOV. p. 1. C. 2. def. 10.
valet ltentia & petitio incerta MEV. ad ius Lubec. cit. l. &c.
Par ratio est (IX) causarum maritimarum & nauticarum, in
quibus itidem leuato yelo procedendum est. l. 9. C. de nau-
frag.

frag. quem in finem constitui solet *iudicium admiralitatis*, Admiralitats-Gerichte / in quo causæ hæc expenduntur ab eiusmodi assessoribus , qui singularem nauticarum rerum peritiam habent. vid. B. WERLHOFF *diss. de iudic. admir.* Hamburg.

(X) In causis
fisci & publi-
cis.

§. XII. Denique (X) eo minus dubium est , in causis fisci & publicis iudicem ex officio procedere posse, cum etiam causæ fiscales summarie tractentur , sola veritate facti inspecta. PEREGRINUS de ius fisci lib. VII. tit. 3. n. 3. LYNCKER *decis.* 882. Utitur autem imprimis fiscus priuilegio in modo procedendi , vt utr verbis PEREGRINI cit. l. n. 8., quoad hoc, quia licet in civilibus index ex officio suo non inquirat ad priuati utilitatem, nisi fauore pupillorum in causa suspecti tutoris , ad fisci tamen utilitatem & commodum, speciali eius fauore, cum bona ex aliqua causa ad fiscum pertinent, procurator Cesaris cum fisci patrone diligenter inquirere potest & debet - etiam si bona sint delata fisco ex causa non punibili. Interim tamen si contradictor adsit, qui causam fisci admodum dubiam facit, ordo procedendi non est omittendus, nec statim ab executione inchoandum MEVLIUS p. 1. *decis.* 204. in f. Præsentim vero huic pertinent causæ, publicam respicientem utilitatem totius reipublicæ, in quibus secundum ius Romanum per interdicta proceditur, imo & actiones populares passim proditæ erant, quæ hodie, mutato statu populari, fere incognitæ sunt, vt tamen in iis magistratus ex officio procedere possit. COLERUS de aliment. lib. III. c. 2. n. 9. TIRADEQUELLUS de priuil. pia caus. priuil. 151. 152. PETRUS DE FERRARIIS in prax. Pap. tit. 2. gl. 15. §. 6. Concludam hoc caput verbis B. Dn. STRYKII *diss. de salut. publica* c. II. n. 120. vbi ita: Patet ex l. 4. §. 8. ff. de damn. inf. iudicem officium suum regulariter non impetriri nisi sit imploratus: si tamen causa publicam utilitatem concernat, potest index ex officio citationem, non imploratus, decernere.

CAP. III.

CAP. III.

DE

IVDICE EX OFFICIO REJECTIONEM DECERNENTE.

§. I.

Quamvis in processu ordinario *iudicis officium* magis *Necessitas officia* restrictum esse videatur, quam in suminario, si *comitii iudicis in paratiue loqui velimus, negari tamen nequit, proprocessu ordinario,* obnoxii sunt, eo frequentius occasionem præbere iudici, ex officio aliquid decernendi, præseriem in hoc litigio seculo, vbi lites tam multæ sunt & ambiguae, ut ad extirpandum non sufficiant ministri, sed crescent instar hydrae, cuius caput si detruncetur, septem alia resurgent, ita ut magistratus nunquam possint victoriam sperare, contrâ hac litigiorum vitia, ut ait VENTURÆ de VALENTIIS in Parthen. litig. lib. 1. c. 1. n. 12. Imprimis vero processus tot impedimentis & ambiguitatibus eiusque cau- inuoluuntur, (I) quod rei ut plurimum, quorum est fugere, omnia corraderé soleant, quibus actorem defatigare possint, quamvis ex eventu appareat, ea omnia frustra esse adducta & proposita. Quin etiam (II) non raro ita omnia confundunt, vt iudicem a veritatis & iustitiæ tramite deflectere co- nentur. Hunc in finem (III) utuntur exceptionibus variis dilatoriis, communiter tamen inanibus: (IV) ita rem agunt, vt lites ex lite crescant: (V) superfluas probationes expe- tunt, & infinitum foret omnes artes rabulisticas referre, quas optime detexit ZIEGLERUS de arte rabulistica.

§. II. Huiusmodi fraudes litigantium iudex *ex officio*, quantum fieri potest, coercere, &, ne latius serpent, præcaue- re debet, idque vel ideo, quod pro abbreviandis processibus *Officium iudi- eis generatim confitit in cu- ra pro abbre- uiandi pro- cessibus,*

E

ex officio laborare debeat. Ait ICtus in l. 21. ff. de reb. cred. ad OFFICIUM indicis pertinet lites diminuere, quia, ut dicitur in l. 1. ff. de iust. publice interest, ne litibus repletatur res publica. Inde quoque IUSTINIANUS in l. properandum 13. pr. C. de indic. concludit, properandum esse, ne lites pena fiant immortales & vita hominum modum excedant conf. l. 1. §. 10. ff. de nov. op. nunc. pr. I. de pen. tem. litig. Hoc intuitu quoque in R. I. de anno 1654. §. 34. iudicii iniungitur, die Mitten und Wege wodurch zankfächtige Partheyen/ Aduocaten/ und Procuratoren die Sachen in ungerechte Weitläufigkeit verführen können/ abzuschneiden. Iam ante in reform. polit. de anno 1548. tit. 33. & de anno 1577. tit. 33. hac de re ita cautum erat, so wollen wir allen Obrigkeiten hiemit auferlegt und befohlen haben/ in dem gebührlches Eischen zu thun/ und bey ihren Richtern zu verfügen/ daß sie den Partheyen auf ihre Ansichten iederzeit schleuniges Rechtes fördern. und unverzügl. verhelfsen und mittheilen/ auch NB. die Aduocaten und Procuratores ernstl. anhalten/ die Sachen gefährlicher Weise nicht reiicere debet. Unde in urilia aufzuziehen oder zu verlängern. Sic itaque iudicii incumbit, fraudibus aduocatorum *ex officio* occurtere, quod imprimis facit, illa reiicendo, quæ iustitiae administrationi moram iniicere, vel impedimenta struere poterant, quod specialiter hoc capite illustrandum est. Negari tamen nequit, non raro iudicem hic deesse suo officio, postquam iustitia facta *sportularia*, & ita de litibus abbreviandis haud sollicitus est, sed alienum iurgium suam prædam esse putat, quod reprobatur in l. 3. C. ad L. Iul. repet.

Index ex officio reiicere actio
nes famosæ
contra eos,
quibus ree-
ctia debetur,

S. III. Hoc itaque ex fundamento (1) iudex ad solam petitionem alterius non statim temere citationem decernere, sed, an actio sit concedenda, an vero *ex officio* reiicenda, ante omnia perpendere debet. Sunt quædam actiones, quæ deinde, *causa cognita*, admittendæ, proinde si minime fundate videantur, statim *ex officio* reiicendæ sunt. Id quod si minime obseruatum fuerit, res in ambiguum

um deducitur discrimen, & iudex sua mora facit, vt actor
demum post tot ambages repellatur, qui statim ab initio
litis repelli debuisset, & proinde olim haec prima prætorum
cura erat, vt viderent, an actio danda esset. Huc(α) per-
tinent *causa famose*, vel quæ pudorem fugillant, quæ contra
personas, quibus debetur reuerentia, non facile permetten-
de, sed iudex, antequam citationem decernat, *causa cogni-
ta*, defluper statuere debet l. 10. §. 12. de *in ius voc.* Sic li-
beris, qui non amplius in potestate patria sunt, non temere
iniuriarum actio contra parentes danda est, nisi atrocitas
suaserit l. 7. §. 3. ff. de *iniur.* nec uxoribus contra maritos,
ut pote quibus etiam reuerentiam debent. B. Dn. STRYK. de
rit. nupt. §. 45. Quin potius iudici incumbit, statim agen-
tem ex officio repellere, nec demum post longas ambages
de reiencia actione cogitare, vt sumtibus & temporis par-
catur. (β) Par ratio est earum actionum, quæ *manifesto* Et nos funda-
ire haud sunt fundatae, ita vt ex ipso libello statim appare-
cas. at de *iniquitate caute*. Olim sane officio prætoris conti-
nebatur, ex obligationibus turpibus actionem denegari, l.
27. pr. ff. de V. obl., quanto magis hodie iudici id agendum
est, vt tales litem, inanem sane & non fundatam, in herba
potius supprimat, quam litigantes ad inanes deductiones, pro-
bationes & reprobationes admittat, quamvis praxis plerumq;
contrarium seruet. Expediret potius adhuc semper, *causa co-
gnita*, actionem concedere, quod olim prætorii officii erat vid.
BRISSONIUS de verb. signif. verbo *actio*. Obseruat idem MEVIUS
p. 1. decis. 42. inquiens: *Audire quidem unumquemque actu-
rum ad iudicis officium pertinet, nec potest salua iustitia ob-
turare contra quenquam aures, at minime quemvis ad a-
gendum ac litigandum promiscue admittere, aut quamvis
petitionem seu aptam seu ineptam ad iudiciale discussionem
peruenire sinere debet. Hoc iudicis officio, quo amputare
lites debet, contrarium est.* Officio enim iudicis conve-
nit secundum NERATII monitum semper perpendere & co-
gnosce-

gnoscere, an iustum & probabilem actor causam habeat, propter quam actionem desiderat. l. 3. §. 11. inf. ad exhib. Collimat hoc etiam R. I. de anno 1654. §. 120. vbi cauetur, daß die processus auf blossen überreichten Supplicationes nicht erkant/vornemt. aber auch der frevelmuthige Aduocatus cause mit gehührender Straff nach gestalt des Verbrechens und Muthwilsens / und zwar mehr als die der rechten etwa unerfahrene Parthenen / welche offtmahls die Sache nicht verstehten / angesehen werden. (y) Potest aliquando etiam actio esse fundata, sed ex alia ratione friuola, quod rem minimi pretii, quæ negligi debet, respiciat, quales actores rursus iudex, causa cognita, repellere debet MARTINI ad process. Saxon. tit. I. c. 2. n. 62.

ZIEGLER. in dicta sive concl. 23. §. 8. Dn. I. S. STRYK. de reiect. ab act. c. 1. n. 62. conf. TIRACQUELLUS in tr. de iudic. in reb. exig. (d) Quin etiam licet actio fundata sit, nihilominus tamen ex officio a iudice reliquienda, si insigne incommodum reipubl. inde immineat, vel scandalum publicum metuatur. Sicut enim salutis publica rationem ante omnia iudex habere, quæ suprema lex est, ita quoque ex officio, ut scanda la publica præcaueantur, curare debet. Actiones iniuriarum quandoque fundatae esse possunt, sed non facile permittenda inter professores, CARPOV. in iurispr. consit. lib. II. def. 412. vel etiam inter ministros ecclesiæ, qui exemplum gregis esse deberent, MEVIUS. p. 3. decif. 217. tum, ut ytar verbis MEVII, quod lites istorum cum maximo scandalo publico sunt coniunctæ & vix nunquam ita comparatae, ut non cultum sacrum turbent vitia pastorum, ideo auctoritatem, quam officii ratione habere debent, polluant, officium contami nent, auditores scandalizent, totum cætum in sinistros sensus deducant: tum quod ex contentione illorum publicis multa enascantur mala, eaque non ipsosmet tantum, sed totam ecclesiam afflignantia. Conf. Dn. PRÆSES diff. de iniustitia action. iniur. c. 10. §. 7. Par ratio est, si inter personas publicas & insignes talis contentio est, vnde non parum incom modum.

Vel res mini
mi pretii con
cernentes.

Vel iacturam
reip. inferen
tes.

modi & turbarum in publicum redundare potest, cum plerumque tales contentiones factionibus anlaem dare soleant Mevius p. 1. decis. 224. Hicce & similibus casibus litigantes minime ad iurgium admittendi, sed alia via componendi, & imprimis per commissarios ad pacem reducendi, vel si hoc frustraneum esse videatur, ad principem causa mox deferenda, quippe qui pro salute reipubl. sententiam ex plenitudine potestatis, quam vulgo einen Macht-Spruch vocant, sine alia processus ordinarii via ferre potest & debet. conf.

Dn. I. S. STRYK. de reject. ab. act. c. 1. n. 22. seqq. (ε) Obstat quoque quandoque *qualitas personarum*, contra quas agendum, quo minus iudex citationem statim decernere pos sit, vt pote si subditi contra dominum territorii agere possent, a Camera non statim citatio decernenda, sed prout vellent, a Camera non statim citatio decernenda, sed prout dicitur in R. I. de anno 1654. §. 105. Wie auch insonderheit denen Unterthanen und Bürgern wieder ihre Obrigkeit die Processe nicht leichtl. erkennen, sondern vorher umb Bericht schreiben, quod etiam repetitum in capit. JOSEPHI art. III. in f. Denique (ζ) etiam illæ implorationes *ex officio* sunt reiici dae, quæ ipsi iudici periculum vel molestias creare possunt, quorsum pertinet, quando actores temere apprehensionem personæ, arresta, sequestrationes, aliaque, quæ ad rei iniuriam spectare possunt, petunt, de quibus plenissime agit B. Dn. STRYK. *diff. de periculo pet. c. 2.*

§. IV. Cum itaque ad *officium iudicis* pertineat, auctores in huiusmodi casibus a limine iudicis repellere, minime audiendi sunt actores, quando, vt eorum *periculo* citatio decernatur, petunt. Solent alias iudices fatis proclives esse, vt decernant citationem *periculo* actoris GAIUS lib. I. obs. 119. n. 7. MARTINI ad process. Saxon tit. 4. §. 1. n. 112. sed merito hoc reprobat B. Dn. STRYK. cit. *diff. c. 2. n. 15. seqq.* cum iudex indulgere non debeat illa, quæ legibus reprobata sunt, alias magis *suo periculo* id facit, quam *litigantium*. Ipsius enim erat, de eo iudicare, an causa esset admittenda, an reiicienda, quod

Vel ob qualitatem personarum, contra quas actio mouetur.

Vel iniuriam insignem continent.

Nec periculo pertenit in huiusmodi casibus actiones concedendæ.

quod tamen revera arbitrio actoris permittit, quando periculo eius in huiusmodi casibus citationem decernit. Proinde quoque non defunt remedia contra ipsum iudicem, qui officio suo deest, explicata a B. Dn. STRYKIO cit. diff. c. IV. Imo quamvis alias a *citatione* appellatio haud admittatur FABER, in c. lib. 7. tit. 26. def. 37. seqq. quia tamen in casibus ad ductis reum gravaret, & non leve *præiudicium* contineret, *appellationem* quoque, quam *extraiudicialem* Canonistæ & practici vocant, admittendam esse, existimarem cum Dn. LYNCKERO de Gravam. *extraiud.* p. 97. & MEVIO p. III. decis. 158. Sp. IV. decis. 89.

Relicit quo-
que iudex ex
officio actione
quando inanem
esse videt (1)
ob exceptio-
nem fori in-
competentis.

§. V. Porro ubi vel maxime actio fundata & admittenda est, ex alia tamen ratione (II) iudex citationem secundum petitum actoris *ex officio* denegare potest, si ob exceptiones rei iustas illam inanem futuram esse videt, cum, quæ effectum nullum habitura esse videt, iudex admittere non debet GAIL. 1. Obs. 119. n. 7. inf. Hic refero (1) si actio moveatur in foro notorio incompetente. Si enim notorium sit iudici, ait GAIL. cit. l. iurisdictionem suam non esse fundatam, nihil ne periculo quidem partis, decernet, ne frustra se & partem ad ueram iniurilibus sumitibus inique fatiget. In ea ut plurimum iudices sunt opinione, ut hanc exceptionem ad *iura partium* pertinere credant, adeoque potent, citationem decernendam, & reo, ut postmodum hanc exceptionem opponat, permittendum, quod sicuti in *casu dubio* admitti potest, teste GAILIO cit. l. ita in manifesta incompetencia prolixati litium ansam præbet, quas iudex ex officio præcavere debebat. RIVINUS ad process. Sax. tit. II. enunc. 2. (2) si alias aperta iniustitia petitum laboret. Ex hoc fundamento ex officio iudex a limine iudicij repellere actorem potest, qui ob iniurias leves, saltim in rei contumeliam, petitum libelli ad fustigacionem infligendam dirigit RIVINUS ad process. Sax. tit. I. enunc. (3) Ob actoris p. BERGER in elect. discept. for. tit. I. obs. 3. not. 2. (3) Si is age inhabilitatem, &c intendat, qui notorie agere non potest c. 7. X. de judic. §. VI.

(1) Ob mani-
festam iniqui-
tatem.

(2) Ob actoris p. BERGER in elect. discept. for. tit. I. obs. 3. not. 2. (3) Si is age inhabilitatem, &c intendat, qui notorie agere non potest c. 7. X. de judic.

§. VI. Imprimis vero (4) hoc pertinet, si *ineptus libel-* (4) Ob inepti-
bus offeratur, in processu ordinario & de ineptitudine noto- tudinem libel-
rie constet satis decantata est *doctrina communis*, ineptum li-
bellum dentibus a judice lacerandum, vel initius, *ex officio*
reiciendum esse. GAIL. I. Obs. 66. n. 4. BLASIUS ALTIMARUS
de nullit. sentent. p. 2. rubr. 13. qu. 31. n. 112. Hoc etiam ex-
presso provisum est in *constit. elect. 2. p. 1.* und wenn das libell
gleich nicht von Parth gefoschen/ iedoch ex officio iudicis verworfe
nen werden soll Conf. Dn. I. S. STRYK. de reiect. ab act. c. 2.
per tot. Cum enim libellus fundamentum totius processus
sit, eique omnia superstruantur, sequitur ex libello inepto o-
mnia subsequentia acta corrumpere ALTIMARUS cit. l. n. 114. Ve-
rum circa hanc doctrinam haec obseruanda sunt: (I) iudicem Et quidem statim ab initio.
ineptum libellum statim ab initio litis reiicare, & meliorem
eius formationem injungere, adeoque citationem aduersarii ad
interim suspendere debere. Dolenda est praxis plerorumque
iudicium, quod quemcunque libellum recipiant, parti aduersae
statim communicent, & cum huius Advocatus sepe itidem
imperitus sit, vt via libelli non vrgeat, inde fit, vt statim ad
discussionem causa principalis & probationem pergant, &
tandem causa conclusa, acta transmittantur & sententia haec
feratur: Dass die Klage immassen sie angebracht nicht statt finde.
Ita per incuriam iudicis & imperitiam aduocatorum frustra
tempus discussioni causa insumum, & Actor expensis in u-
tilibus grauatus est. Primaria culpa hic imputanda est iudicii,
cui libellus offertur, qui illum sedulo examinare, & si eius
*ineptitudinem animaduerteret, statim eum *ex officio* re-*
iicare deberet, quia ita omnes litium ambages evitaren-
*tur, quod cum rarissime fiat, & iudex ita *officio suo**
*desit!, inde tot sententiæ *inanæ* reportantur ad trans-*
missionem actorum. (II) Cum sepe plures libellis inepti- Si ineptiudo
tudines affingantur, quæ vel plane non fundatæ, vel admis- sit notoria,
dum dubiæ sunt, inde iudicis est perpendere utrum inepti-
*tudo sit notoria an dubia. Priori casu statim libellus *ex offi-**
cio reiicare, quorum pertinet: a). Si libellus sit alternati-

nus, quem *ex officio* reiiciendum esse constat, nisi natura actionis vel obligationis id admittat. RIVINUS ad *Process. Saxon.* tit. s. enunc. 30. ALTIMARUS cit. l. n. 147. vbi casus recenset, quibus libellus alternatius admitti debeat. β) Si sit articulatus tam de iure Saxonico, quam Recess. imper. de anno 1654. BERLICH. p. 1. concl. n. n. 3. ALTIMAR. cit. l. n. 84. seq. γ) Si libellus sit incertus, generalis, vel obscurus, ut intelligi nequeat. ALTIMARVS cit. l. n. 132. Sc. Posteriori vero communiter afflere solent, libellum, cuius ineptitudo dubia est, in dubio esse admittendum, cum in dubio praesumatur aptus, non ineptus. ALTIMARVS cit. l. n. 164.

Sed hæc sententia declaratione indiget, distinguendi enim sunt duo casus: Aut iam libellus talis admissus est, & causa discussa, aut non. Hoc casu si iudex dubitat, vtrum ad libellum citationem decernere conducat, tutius est, vt, rejecto libello, actori aptiorem libellum iniungat, quo inanes litium anfractus, qui ex post facto desuper oriri possunt, evitet, praesertim cum, re integra, actor facilis negotio aptiorem offerre posit. Ita dubitatur, vtrum in actione hypothecaria petitum *alternatiue* formari possit? quod plures negant, & talem libellum ex officio reiiciendum esse docent. Dn. RIVINVS ad proc. Saxon. tit. s. enunc. 33. Alii vero affirmant vid. Dn. BERGERVS ad *process. Saxon.* tit. s. obs. 9. not. 1. Dn. TITIVS in *iure priuato lib.* XII. c. 2. §. 12. seq. Hoc casu sane iudex tutius procedit, si libellum statim ab initio reiiciat, cum facile ambiguas lites desuper orituras esse præuidere, & præterea contingere possit, vt actis transmisisis reus ab instantia absoluatur refusis expensis. Ceterum si iudex semel admisit talcm libellum, & ex post facto super ineptitudine pronunciandum est, in dubio iudex potius libellum admittere, quam reiicere debet, MYNSING. cent. 4. obs. s. GAIL. 1. obs. 60. n. 9. BRVNNEM. in *proc. civil.* c. s. n. 14. ne ex nimia subtilitate circa libelli aptitudinem causa jam satis instructa corruat, & lites protelentur, quas abbreviare

Non facile ex
postfacto.

uiare iudici *ex officio* incumbit. Proinde, admodum durum foret, si iudex, causa iam plene in actione hypothecaria instructa, propter ea, quod libellus *alternative* conceptus esset, pronunciare vellet: Dass die Klage / immassen sie angebracht / nicht statt finde. Evidem negare nequeo, non adeo conuenienter petitor ita contra tertium formari, dass Bell. mir entweder die 3000. Rthlr. nebst rückständigen Zinsen bezahlen / oder die quest. Mühle so lange einreumen müsse / bis ich wegen vorgedachtis capitals befriediget worden; licet enim tertius hypothecæ possessor debitum soluere & rem ab hypotheca liberare posset, non tamen debet, nec eo nomine obligatus est, adeoque *stricto iure* conueniri nequit. Verum cum interpretatione rationabili libellus potius adiuandus, quam caula iam satis instructa annihilanda sit, iuuat hoc quoque casu, ita interpretari libellum, ut res hypothecæ subiectas restituat, nisi forsan soluere paratus. l. 10. S. 3. de pignor. quo facto omnia dubia alias moueri solita corrunt. Hoc etiam obseruandum de aliis exceptionibus subtilibus contra libellum, quibus non attentis, iudex saluare libellum debet, quod ex subiecta sententia Mens. Iun. 1712. a Facult. illustri iurid. lata illustrari potest.

Als dieselbe uns eingewandte Leuterung und erfolgte Geseſe, *Sententia*, he in Sachen N. N. Bell. an einem / und I. C. S. Kl. an andern Theil zugeschickt ic erkennen wir vor Recht. Dass es der eingewandten Leuterung ohngeachtet bey dem fol. act. 50. beſindl. und am 5. Iun. 1711. eröffneten Urtheil billig verbleibet.

Rationes decidendi.

Als der Kläger die Bell. actione iniuriarum belanget, *Facti series*, und den fol. act. 2. beſindl. libell zu dem Ende übergeben/ haben Bell. demselben unter andern exceptionem libelli inepti opponiret / und da solche in dem fol. 50. beſindl. Urtheil verworffen / und theils auf die Cydes-Delation, theils auch auf den Beweis erkandt worden / haben Bell. davon geleutert. Ob Rationes du man wohl die Bell. vermeinet/dass auf die vorgesetzte exception bitandi.

F

aller.

allerdings erkandt werden müste / daß 1. dies & mensis in dem libello nicht deutlich exprimiret / und ob gleich des 5. huius Meldung darin geschehen / doch nicht daraus zu sehen / was vor ein Monath und Jahr gemeynet / dahero denen bekandten Rechten nach dergleichen libelle in actione iniuriarum nicht bestehen können / nechst dem auch (a) der libell selbst anzeigt / daß der eine Mitbcl. a. F. V. D. diuerso tempore nehmlich des Mittags / hergegen dessen Sohn vorhero Klägern beschimpfet haben solle / mithin die libellirte iniurien nicht pro connexis, sondern diuersis gehalten werden müssen / allermassen auch Kläger in gedachten libell selbst die iniurien unterschieden / daß F. V. D. ihn realiter und verbaliter, dessen Vater hingegen nur verbaliter iniuriert, bey welchen Umständen denn einige Rechtslehrer wollen / daß die actiones separaret und gegen einen jeden ins besonder angestellet werden müssen. RIVINVS in enar. ad ord. proc. iii. 5. enar. 3. seqq. MEV. p. 1. decisi. 13.

Worauf denn auch nicht allein die Herrn Lipsiens in dem fol. 89. befdnl. rationibus decidendi allbereit euentualiter reflectiret / sondern auch die Herren Scabini Hallenses in ihren fol. act. 69. befdnl. reffponso solches bestärket / wozu noch (3) hinzu kommt / daß Kl. in seinen fol. 2. befdnl. libell zwar dem F. V. D. den Eyd deferiret / aber nicht specificie determiniret / über welche puncta und momenta causa die Eydes Delation gehen sollte / und da also aus diesen erhellet / daß der libell in vielen puncten mangelhaftig sey / die Klage billig etiam ex officio verworffen werden müssen.

Rationes decidendi. Dieweil aber dennoch einem ieglichen Richter billig von Amtes wegen oblieget / daß er den Klag-Libell ohne dringende Ursachen nicht verwersetze / vielmehr die exceptiones, welche bloß auf apices iuris inanis sich gründen / ex officio hindansetze.

MYNSING. cent. 4. obs. 5. GAIL. 1. obs. 66. n. 9. Adeoque magis libellum iuxta intentionem actoris interpretatione iuare quam reiicere conuenit.

GAIL. 1. obs. 61. n. 16. BRVNNEM. proc. ciu. c. 5. n. 14. und

Und dahero der libellus in dubio billig zu admittiren.

MEV. p. s. decis. 197.

Dahero denn wenn angeführte grauamina beleuchtet werden/ daß aus so fort erhellet/ daß solche in mera subtilitate sich gründen/ anerwogen quoad primum das Insinuations-Schreiben klarlich zeuget/ daß der 5. Jun. 1710. verfanden werden müsse/ und daß solches dem Beifl. zugleich mit insinuiret sey/ aus der registratur fol. 135. befindl. attestato marginali erhellet/ hiernechst bey dem andern grauamine die Umbstände es geben/ daß die iniurien von Vater und Sohn bey einer Gelegenheit sich ereignet/ und wie die Herren Wittebergenses in ihren rationibus decidendi wohl erinnert/ pro connexis zu halten seyn/ und ob gleich der Kläger in seinem libell angezeiger/ daß der Käyserl. Rath V. D. des Nachmittags und also diuerso tempore Klägern abermahl beschimpft/ doch solches pro diuersa iniuria nicht geachtet werden möge/ da dieselbe ex eodem fundamento & causa hergeschlossen/ überdem es auch auf eine bloße subtilität hinaus lauft/ daß man umb deswillen eine Klage verwerfen solle/ wenn diuersi rei wegen eines delicti belanget werden/ vergleichen exceptiones subtile斯 doch ein Richter ex officio verwerfen muß.

MEV. p. o. decis. 106.

Absonderlich in Iniuriens-Proceszen/ bey welchen vornehmlich ein Richter alle apices iuris hindan setzen/ im Gegentheil aber Amts wegen davor sorgen müssen/ daß solche remotis omnibus ambagibus schleunig zum Ende kommen/ und so viel endlich das letzte grauamen betrifft/ solchem zur Gnüge durch das fol. 56. befindl. Urtheil abzuhelfen/ und secundum intentionem actoris welche er fol. act. 39. angeführt declarirt werden/ welche puncta die Cydes-Delation eigentlich angehn/ und welche mit Zeugen bewiesen werden sollen. Wozu sich auch Kl. bereits fol. act. 92. angeschicket/ im übrigen Beifl. so wohl das responsum scabinorum Hallensium als den Beyfall der Ctorum Lipsiensium einiger maßen vor sich haben; So sind wir geschehener maßen

mäßen zu erkennen / und restitutionem impensarum zu übergehen bewogen worden.

Vt tamen iudex rationes reiectionis subiicit,

Non vero rati-
onem habeat
clausula salu-
taris.

Aduocati in-
habiles ex offi-
cio reiici pos-
sunt.

(VII) Præterea quoque iudex, qui breuitati lictum studet, ineptum libellum *ex officio* reiiciens rationes subiicit, quare libellus reiectus sit, vt non fuerint petitæ a iudice extraneo, Dn. BERGER ad proc. Saxon. tit. s. obs. 9. not. 50 vel in ipsa sententia actorem in rectam viam deducit MEVLUS p. 8. decis. 134. n. 67. prout Mens. Octobr. 1711. Facultas Iurid. Hallensis in casu, vbi actio pignoratitia contra tertium possessorem erat mota, respondit: Numehro aus denen Acten so viel zu befinden/ daß Beklagter auf die Klage/ immassen sie angebracht/ sich einzulassen nicht schuldig: Würde aber Kläger den questionirten Garten/ wie sich denen Rechten nach gehöhret/ von Beklagten vindiciren/ so ist alsdenn Beklagter sich darauf einzulassen pflichtig. Conf. BRUNNEMANN. de proc. ciiii. c. V. n. 14. Denique (IV) libellum ineptum *ex officio* haud reiiciendum esse volunt, qui clausula salutari munitus est BLASIUS ALTIMARUS cit. l. n. 131. seqq. De eo vero admodum dubito, propter illa, quæ cap. I. dicta sunt. Ostendi, huius clausulae vtum haud esse, vbi *actio ordinaria*, de qua hic agitur, mota est, in qua *imploratio officii indicis* cessat, quæ hac clausula continetur. Si ergo notorie ineptus est, veluti in causa *locati* articulate formatus, clausula salutaris eum minime saluare possit, quæ tantum utilis est, si iudex in eiusmodi causa *summarie*, per extraordinariam cognitionem procedere posit.

§. VII. Hoc modo iudex actionem vel *in totum* vel *in tantum* ex officio reiicare debet. Vbi vero ita compara-ta est, vt admitti debeat, non statim tamen quilibet eam offerens, admittendus est, cum etiam iudex *ex officio* in certis casibus *aduocatos & procuratores* repellere possit. Prohibentur plures postulare prout commentatores ad titulum *de postul.* ostendunt & ICtus explicat in l. 1. ff. *de postul.* Fundamentum, quod iudex hic *ex officio* procedere, & prohibi-

bitos repellere posuit, proponit VLPIANUS in l. i. pr. eod. his verbis: *Hunc titulum prator proposuit habenda rationis causa, suaque dignitatis tuende & decoris sui causa, ne sine delectu passim apud se postuletur.* Quod autem concernit dignitatem & honorem iudicis, de eo ex officio iudex decernit, sine partium etiam exceptionibus PETRUS DE FERRARIIS in prax. Pap. b.t. 2 gl. 14. n. 6. pertinet hoc dispositio ordinat. Camer. de anno 1507. tit. 35. §. 1. Richtern und Urtheilern gebühret vom Ambts wegen Aufsehen zu haben / daß denen Proces-sen des rechten vor uns durch niemands anders / denn die Principal ihr vollmächtige derselben Anwalt/ unter sezen/ und die Person des rechten mit gebührlicher Caution zu lassen/ ordentl. und dermassen gehandelt/ daß denen Gerichten noch der Parthey-en kein Schimpfführung noch Nachtheil geschehe/ quæ ver-balicet de procuratoribus eorumque substitutis loqui vide-anur, quin tamen etiam aduocatis applicari possint, ratio adducta suadet. Qui ergo editio prætoris arcentur a postulando, ne quidem consentiente aduersario, admitti possunt, prout clare decidit ICtus in l. 7. de postul. inquiens: *Quos prohibet prator apud se postulare omni modo prohibet, etiamsi aduersarius eos patiatur postulare, qui eos potest ex officio repellere l. i. §. 6. in f. de postul.* Imprimis vero ex officio repellendi sunt aduocati, qui aperte artem rabulisticam exercent, vel in convitiandi temeritatem prorumpunt l. quis-quis 6. §. 1. C. de postul. quod variis ex ordinationibus locorum illustrat MARTINI ad process. saxon. tit. 3. §. 1. n. 23. adeo ut etiam eorum scripta in judiciis exhibita, quæ eiusmodi conuictus spirant ab actis reiiciantur & remoueantur MEVIUS P. 2. deci. 344. MARTINI cit. l. n. 24.

§. VIII. In procuratore distinguendum est, vtrum in-
habilis sit, qui procurator esse nequit, quersum pertinent
mulieres, milites, minores, ministri ecclesiæ &c. an vero ille-
gitimus. Quod inhabiles attinet, vtrum ex officio repel-
lendi sint queratur? Evidem quod possint repelliri a iudice

F 3

non

An procurato-
res inhabiles
reiiciendi,

non dubitatur cum qualitatibus a lege requisitis deſtituantur, ſed an neceſſario debeat vel inde dubium eſt, quod admiſſio eorum nullitatem non operetur, adeo ut qui cum inha- bili procuratore litem confeſtatus fit, exceptionem inhabili- tatis poſtea opponere nequeat l.8. §.2. ff. de procur. l.13.C. cod. Inde quoque minorem, modo 17. annum exceſſerit, admitti poſſe, cenſet Dn. BERGER ad proc. Saxon. tit. 3. obſ. 2.n. to. ſi pars non opponat: quamvis enim in c. 5. de procur. in 6. ma- iorenitas plena in procuratore requiratur, minime tamen oſtendit potest, quod hic defectus ætatis nullitatem proceſſus inducat, vti indiſtingue cenſet MEVIUS ad ius Lubeſ. lib. I. lit. 7. art. 8. n. 24. Sic etiam ſi clerici procuratores ſemel ad- miſſi ſunt, quod forſan ante L.C. iis non ſit obiecta exceptio in habitatis geſta eorum irritari nequeunt. ALTIMAR. de nullit. ſentent. P. II. rubr. II. qn. 261. n. 62. Imperito ſtamen pro- curatores & advocationes plane repellendos eſſe, diſponitur in ordin. process. Saxon. tit. 3. §. 2. Diuersa eſt ratio illegitima- torum, cum enim defectus mandati nullitatem, quam iudex præcauere debet, inducat, ſtatim a limine iudicij repelli de- bent, l.1. l.24. C. de procur. MEV. P.3. decif. 23. n. 6. ZAUNSCHEIPE- PER de offic. iudic. ſupplet. P. II. concl. 4. §. 2. CARPZ. P. 1. C. 1. def. 26. n. 3. imo in quauiſi iudicij parte adhuc repelli poſſunt GAILIUS lib. 1. Obſ. 47. n. 2. niſi pars aduersa expreſſe conſentiat procuratorem ſine mandato admitti poſſe, quo caſu ex officio repelli nequit MEVIUS p. 3. decif. 23. n. 6. Quod- ſi tamen dubitatur, vtrum mandatum accepit nec ne, ex officio ei iniungi debet legitimatio, daß vor allen Dingen Kla- gers Anwald ſeine Person durch eine ad acta gegebene Vollmacht zu legitimieren ſchuldig MEVIUS p. 2. decif. 126. & p. 5. decif. 13. §. IX. Temporis quoque habenda eſt ratio in actione vel moventia vel prosequenda. Qui in feriis diuinis lites cum altero fufcipere vellet, eo etiam conſentiente, tamen ex officio repellendus eſſet, cum feriis diuinis renunciari nequeat MARTINI ad process. Saxon. tit. 4. §. 1. n. 169. quem ca- ſum

De illegitima-
tis.
Inferiis diuinis
ex officio re-
pellendi litia-
gantes.

sum tamen hodie non facile dabilem esse arbitror, cum hisce
feris iudicia clausa sint, & per necessariam consequentiam
deficiat facultas agendi.

S. X. Sicuti vero respectu actoris iudex, quæ frivole, Reorum quis-
nulliter vel inepte proposita sunt, ex officio reicit, ita quo- quisquilius reicit
que malitia vel desidio rei nihil indulgere, sed, quæ ab eo frivo- iudex,
le, inepte & nulliter proponuntur, reiicere, etiam actore haud
vrgente, debet: de eo enim iudicare, cum ad officium iudi-
cis spectet, simul quoque sine actoris allegatione statim eius-
modi quisquilius reiicere debet, quod plena manu expositum
& in dissertat. Magnifici Pro-Rectoris Dn. I. S. STRYKII de
rejectione ab actis c. 3. vt proinde rem in compendio refer-
re sufficiat. Nam (I) quot fraudes in exceptionibus oppo- videlicet (I)
nendis committuntur ad item protrahendam vel inuol- exceptiones-
vendam! Vbiique fere opponi solet exceptio pro reconuen- frivolas.
tione & expensis, & vel raro vel nunquam rei ius reconue-
niendi allegare possunt, nec causa ita comparata est, vt a-
ctor in expensas condemnari queat. Vnde merito tales ex-
ceptions ex officio repelluntur Mev. P. 2. decis. 26. si vel
maxime actor illas intactas reliquerit, Non alias autem
quam notorie friuolas reiicit, dubias admittit ad deductio-
nem vteriorem, & de iis decernit. Bene Meiusp. VII. de-
cij. 171. n. 2. hac de re differit: ad iudicis officium pertinet,
utrinque diligenter considerare, quæ ad item relevance, nec in
vilem partum item finere, sed sua prouidentia præpedire.
At ita demum, si ex actis notorium sit, esse friuolas. Quod-
si id plane manifestum nondum sit, utique admittere decet
Add. Dn. ZAUNSCHLIFFER de offic. iud. suplet P. II. concl. II. §.
1. BLASIUS ALTIMARUS p. I. rubr. 5, qu. 75. n. 63, seq. Non tan-
tum autem friuole sunt, vbi plane non sunt fundatæ, sed
vbi nulliter opponuntur, e. g. dilatoria post item conte-
statam, quæ in primo termino opponi debuissent, vel
si natura processus, e. g. executiū, oppositas exceptions
non admittat &c. Reiicit autem iudex tales exceptions
vel

vel expresse vel tacite. Prius fit communiter per generalem clausulam: *einwendens ohngeachtet* / qua rei cunctur exceptiones, super quibus antea disputatum erat. Posterior fit, *si index ad ulteriora procedit*, non pronunciando super exceptionibus dilatoris veluti *fieri incompetentis, inepti libelli* &c. quod potissimum in iis iudicis fieri solet, quibus rarissime iudex de singulis punctis *incidentibus* pronunciat, ut quidem in Saxonia moris est. Si tamen exceptio iudicium retro nullum reddat, haec eo ipso minime tacite censetur reiecta, sed semper potest opponi. ALTIMARUS de nullit. sentent. P. 1. rubr. 9. qu. 130. n. 119. seqq. (II) Cum litis contestatio sit lapis angularis & fundamentum litis non tantum eius omisio vitiat processum, sed si vitium in se contineat Idem cit. 1. p. 2. rubr. 13. qu. 312. n. II. veluti si generalis, obscura, & dubia est, qualem iudex ex officio rei cire debet Dn. ZAUNSCHIFFER. cit. tr. P. 2. concl. 10. BERLICH. P. 1. concl. 26. n. 14. seq. licet vel maxime actor nequidem vitia notauerit. Interim incuria haec aduocatorum saepe clientibus noxia est, qui vitia litis contestationis haud proponunt, quo ipso fit, ut facile quoque in pronunciando admittatur, vnde tamen postea noue nascuntur remora, imo ea ipso reus pro confessio & conuictio haberi nequit, si actor accusationem consummata omisit, sed tantum in expensas termini condemnatur, iniuncta meliori litis contestatione. RIUINUS in enunc. ad process Saxon lit. 16. enunc. 22. seq. Cum vero non ubique adeo ratio haberi soleat accurate litis contestationis, inde in illis iudiciis adhuc frequentatur *v/s positionum*, quae suas qualitates legitimas habere debent, de quibus agit B. Dn. STRYK in V. M. tit. de interrog. in iur fac. §. 48. MICHALOR de position Quodsi itaque (III) *positiones vel responsiones* ad ilias vitio laborant manifesto, iudex eas ex officio rei cire debet, ut inanem actum, imo inania evitet iuramenta. Imprimis impertinentes rei cendi, MICHALOR cit. tr. c. 19. n. 14. quales dicuntur secundum R. I. de anno 1654. §. 41. die nicht aus

(2) Litis contestationem in eptam.

(3) positiones ineptas vel obtusas.

aus dem Klage-Libell gezogen / und daran der Sachen Substantz
und Haupt-Wesen nicht hanget. Imo Aduocatos imperti-
nentes positiones offerentes ex officio puniendos esse docet
BRUNNEMAN. in proc. civil. c. 17. n. 11. Si tamen dubium quod-
dam supersit, consultius est, vt iudex eas potius admittat,
quam temere reiiciat, ne super *pertinentia positionum* di-
sputando lis protrahalatur, & ponens ad remedium appella-
tionis facile prouocet, MICHALOR c. 19. n. 39. Eadem di-
uisio locum habebit, si alia vitia manifesta in positionibus
occurront.

§. XI. Pergo ad probationem, que cum *indici* fiat, Circa proba-
vit is de veritate facti informetur, non dubium est, quin
multa ex officio circa hanc facere, & imprimis impedire de-
beat, ne factum magis intricetur quam extricetur. Hoc fit:
(1) Si irrelevantes articuli offeruntur, quos statim iudex re-
licere deber l. 21. C. de probat, GAIUS l. obs. 81. n. 15. Sed
iudices plerumque in praxi suo deesse officio, grauiter con-
queritur MEVIUS p. 3. decisi. 241. n. 2. inquiens: *Parum in mul-*
tis iudicis hoc curatur, & raro accurata atque sollicita ei o-
pera impeditur, sed indiscriminatim totum libellum & omnes articulos ad respondendum, excipiendum, probandum
admitti videmus. Non possumus eius etiam causam suspi-
cari, quam indicum aut imperitiam aut desidiam; quod vel
volint, quia ea res studium non leue depositit, vel non possint,
quia nisi accurati iudicis dexteritate fieri potest, pertinentes
atque relevantes discernere. *Vulgare refugium est ad clau-*
salam: falno iure impertinentiam & non admittendorum,
quam ut salutarem addibent. Hec quidem aliquando ut re-
medium assumenda, sed non ultra, quam necessaria. Hand
vero ea opus, nisi in dubio, quando satis non apparet, an ar-
ticuli sint impertinentes. At cum iudici manifestum est,
vel facile deprehendere licet, non pertinere ad causam arti-
culos, nihil relinquare, et si probarentur, tam ingens abusus est
illius clausale, quam incongruum, ineptum, inutile, imono-
xium

xium ipsos admittere. Praterquam quod valde culpandus est iudex, qui in illo examine atque diiudicatione officium suum negligit & causa prolixioris, saepe etiam inutilis & sumtuosa litis existit &c. Evidem vrgere solent, paratam esse alteri appellationem, si ex officio reiiciat; ast vero etiam friuolae appellations reiiciendæ, quin quod etiam alter appellare posit, si iudex impertinentes temere admittat, vt docet Mevius cit. l. in f.

(II) Testium numerum super nimiam testium multitudinem, vnde iudici permisum perfundit.

(III) Testes contingit, si notorie inhabiles producuntur, v. g. liberi pro parentibus, & viceversa. l. 6. l. 9. de testibus. CARPOV. p. 1.

c. 16. def. 48. quorum testimonium foret frustraneum, qualem actum iudex admittere haud debet. Si testis infamia iuris laborat, æque inhabilis est, adeoque ex officio reiicendus. Evidem solet opponi, quod aduersarius, qui inhabilem scienter admittit, in eum confensisse videatur, adeo, vt iuxta c. 32. X. de testibus publicatis attestacionibus nequidem exceptionem inhabilitatis opponere amplius queat, quo ipso iudex actum frustraneum committere haud videtur.

CARPOV. lib. 3. resp. 87. n. 12. At vero textum de notoria inhabilitate, eaque absoluta, haud intelligendum esse, vel inde patet, quod adhuc de inhabilitate excipere aduersarius poscit, si iuramentum malitia praestare paratus sit: hoc vero semper praestare potest, si absoluta inhabilitas testi relit, & ita reuera examen frustraneum est. His annumerandi videntur vacillantes & ambigui, quas etiam iudex ex officio reiicere potest. NICOL. CALVOL. in prax. jud. §. index.

(IV) Probati. concl. 9. n. 9. (IV) Hoc quoque curare debet iudex, vt probatio in debita forma producatur, alioquin eam statim reiicere debet, cum impedire debeat, ne male litigetur, & adeo processum ad iustitiam etiam ex officio dirigere. vt ait Mevius p.

(V) Dilationes V. decis. 302. n. 4. (V) Protelantur probationes ex nimis dilationibus, quas probaturi petere solent, quas iudex itidem

dem *ex officio* reiicere debet. Interim si admisit, alterque se haud opposuit, vel dilationem non esse concedendam docuerit, dilationem propterea pro nulla haberi non posse, censet Dn. BERGER. *ad process. Saxon.* tit. 20. obs. 4. not. 6. p. 673. seqq. adductis praedictis, in quibus p. 675. haec ratio occurrit; Wie denn auch der Gegenthil nicht extra culpam, daß er in Zeiten dehen gesuchten dilationibus sich nicht wiedersehet / den Richter seines officii hierunter nicht erinnert/ und dadurch die Verstättung nicht verhütet. Verum de hac sententia merito dubito cum Mevio p. IX. decis. 24. quin iudex, quando ita temere dilationem concedit, peccat quidem, sed tamen etiam probaturus peccat, qui temere illam petit, adeoque periculo eius reuera decernitur, quod in praedictum aduersarii cedere nequit, si hic de *sub- & obreptione* seu *falsitate cause* docere poscit. (VI) Turbant quo (VI) Interrogatione probationem interrogatoria fruola & inepta, a iudice gatoria fruolae etiam *ex officio* reiicenda. Huc pertinet (a) interrogatoria generalia ad causam, quæ legibus prouincialibus reprobata sunt. Martini in proc. Saxon. tit. 20. §. 2. n. 3. seqq. (β) criminosa reprobata per R. I. de anno 1514. §. 53. (γ) impia, quod exemplo illustrat Mevius p. IV. decis. 470. (δ) inepta quæ nihil operantur, qualia plura adducit Dn. I. S. STRYK. de *incept. interrogat.* (VII) Finita probatione disputatio- (VII) Rixosae supersunt, quæ utinam haud degenerare solerent in ri- disputationes xas futilles, iniurias aliasque haud ferendas calumnias, unde nouæ actiones iniuriarum nascuntur. Has iudex præcaue- re posset & deberet, si *ex officio* statim talia scripta reiice- ret, nec alteri parti communicaret, prout monet Mevius p. 2. decis. 349. & plenius illustrat Dn. I. S. STRYK. de *reiect.* ab act. c. 4. Sed ita late patet officium indicis, vt specialis- simas conclusiones omnes congerere haud integrum sit ei, qui limitibus disputationis sese contineat debet.

§. XII. Denique cum quoque insignis abusus depre- De reiectione
hendatur circum remedia suspensiua, quis denegaret iudici fa- Leuterationis
cul-

& appellatio-
nis.

cultatem reiiciendi ex officio petitionem vieti friuolam? Proinde circa Leuterationem prouide constitutum in ordin. proc. Saxon. tit. 35. §.4. vt arbitrio iudicis discreti committi debeat, utrum Leuteratio sit reiicienda, an recipienda, an denique ante receptionem *iuramentum malitia* deferri debeat. Hoc ex ipfa qualitate grauaminum facile iudex diuidicabit, quæ proinde in schedula Leuterationis exprimenda, & ut plurimum otiosa sunt, si a sententia interlocutoria mera Leuteratio interposita sit, vt proinde iudex, monente Dn. BERGERO ad process. Saxon. tit. 35. obs. 4. not. 2. p. 956. prorior esse debeat ad illas reiiciendas quam accipiendas. Noui quidem quod etiam de novo a reiectione leuterari soleat; sed eadem facilitate iudex eam etiam reiicere debet, quam interposita est, si de grauaminum irrelevantia constat. In reiicienda appellatio ne non idem arbitrium iudicii inferiori relatum est, cum primo ad iudicis superioris arbitrium spectet, utrum appellatio reiici an recipi debeat, quin quod in l. 21. C. de appell. sub poena inferioribus prohibitum sit, appellations reiicere, quæ eorum potestatem suspendunt C. 21. X. de appellat. SCACCIAS de appell. qu. 13. n. 100 seqq. Hoc tamen cum grano salis intelligendum esse, nemo negabit, cum notorie friuole, veluti super causis inappellabilibus interpositæ, omnino reiiciendæ sint Dn. I. S. STRYK de reject. ab act. c. s. n. 20. seqq. In Saxonia per mandatum de anno 1691. ne iudices inferiores hic peccare, & excedere possent, eis iniunctum est, daß sie ohne Unterscheid in allen so wol inquisition - als Civil- und Policey- auch Innungs- Sachen auf die eingewandte appellations in der Zeit ihre unterthänigste Berichte/ nebst Einsendung der vollständigsten Acken zu ersättten gehalten seyn sollen/ vt hoc modo iudex superior statim decernere queat, an & quatenus admittit posse. Huc etiam extra Saxoniam pertinet, quando refutatorii apostoli loco reuerentialium dantur, in quibus exponuntur iudicii superiori cause, ob quas applicatio recipienda non sit, quamvis his non attentis, nihilominus

pus

nus superior recipere eam queat. Et quidem semper consuetius est, ut iudex inferior potius *refutatorias* det *apostolos*, quam absolute *appellationem* reiciat, cum IUSTINIANUS in *Nou. 82. c. 12.* generatim sanxerit, *judices inferiores omnibus modis* *appellationem* *fuscipere debere*, quod pre*iudicio* illustrat DNI BERGER. ad proc. Saxon. tit. 35. obs. VII. inf. quod tamen an ad principum iudicia, a quibus ad Cameram appellatur, applicari posse, vel ideo dubito, quoniam haec non simpliciter cum iudicis inferioribus comparari queunt. Quid enim, si appelletur in causa *criminali ecclesiastica*, summa appellabilem non habente, adeoque appellatio notorie fruola sit? Talis utique appellatio tenderet in pre*iudicium* Domini territorii, eiusque iura & priuilegia laederet, adeoque merito coercenda foret c.s. de *appellat.* in o.

§. XIII. Primaria erga cura esse debet iudicis *superioris*, vt *appellationem* fruolam statim reiciat, licet vel maxime ab inferiori admissa sit, c. s. de *appell.* in o. forsan quod reverentiales dederit, quippe qui plerumque non pro condicione cause sed vel ex imperitia vel in curia concipiuntur. Dn. BERGER cit. l. p. 956. Cum vero iudex superior ex Gramminibus adducetis non semper de reiectione vel admissione iudicare queat, necesse est, vt statim acta prioris instantiae ad eum transmittantur, ne expectatis quidem compulso-rialibus, vt prouisum est in R.I. de anno 1654. §. 61. seq. Etsi rejecta ex officio *appellatione*, de novo instet & admissionem sedulo vrgeat, nonnunquam indulgere solet appellantibus, vt super quaestione *admissibilitatis* cum appellato procedant, & acta ad extraneum transmittantur iudicem. Prater ea non tantum statim ab initio ex officio fruolam reiscere, sed semel admissam ex post facto repellere debet, si appellatio ex quaunque causa deserta sit, eti appellatus ne quidem desertionis exceptionem oppotuerit, quod plenius declarat Dn. ZAUNSCHLIFFER. cit. tr. P. II. concl. 15. §. 4. n. II.

CAP. IV.

DE

IVDICE EX OFFICIO OMISSA A PAR-
TIBUS SUPPLENTE.

S. I.

Fundamen-
tum officii iu-
dicis suppleto-
rii,

EQuidem videri poterat, iudicem facilius *ex officio* inutilia, friuola, & quæ exitum litis difficultorem redditura sunt, *reiicare*, quam quæ ab aduocatis partium haud proposita & adducta sunt, decisioni rei tamen inseruiunt, *supplere* posse, cum de his eidem nōt & que constare possit, ac quidem de illis, &, quæ ad *iura* partium pertineant, si non proponuntur, & allegantur, pro omissionis & hic haberi debeant, quibus tacite renunciatum esset. Dubio huic occurruunt legislatores in l. vn. C. ut quæ desint aduoc. part. index suppl. Aliens: non dubitandum est, iudicem, si quid a litigatoribus, vel ab his, qui negotiis as- sistent, minus fuerit dictum, id *supplere* & proferre, quod sciat legibus & iuri publico conuenire. Dubitatum hac de re olim apud Romanos fuisse, docent ea, quæ de officio iudicis ediditerit FAVORINUS apud GELLIUM in N. A. lib. XIV. c. 2. vbi premitit: *disceptationem de omni officio iudicis esse multis in & sinuose questionis, multaque & anxia cura & circumspicientia indigens*. Namque pergit, ut pauca tibi nunc questionum capita attingam, tam omnium primum hoc de iudicis officio queritur: si iudex forte id sciat, super qua re apud eum litigatur, eaque res vni ei, priusquam agi co- pta, aut in iudicium deducta sit, ex alio quodam negotio ca- suque alio, que cognita liquido & comperta sit, neque tamen in agenda causa probatur: oporteatne eum secundum ea, quæ sciens venit, indicare, an secundum ea, quæ aguntur h. e. an iudex illa *ex officio* supplere debeat, quæ sunt facti? Pergit at FAVORINUS: Id etiam queri solet an deceat atque conuenient-

at iudici, causa iam cognita, si facultas esse videatur, componendi negotii, officio paulisper indicis dilato, communis amici & quasi pacificatoris partes recipere h. e. an iudex ex officio tentare debeat amicabilem compositionem? Atque illud, pergit, amplius ambigi & dubitari scio: debeatne index inter cognoscendum ea, qua dicto quoque opus est, dicere & querere, etiam si cuius ea dici quaque interest, neque dicat neque postuler? His verbis proponit FAVORINUS statuta eius controversia, cuius decisionem Imperatores in l. un. cit. dederunt, adeoque maxime ante dubium fuisse videtur, utrum iudex ex officio supplere posset, si quid minus a partibus dictum fuerit, quod allegari debuisset? Ratio dubitandi erat, quam FAVORINVS subiungit, quod patrocinari prorsus hoc esse videatur, non indicare. Desudarunt olim in his aliisque questionibus ICti magni nominis, inter quos CELLIUS laudat AEILIUM TUBERONEM, precepta de officio indicis suggesterent, cuius commentatio, ut adhuc superefset, optandum foret.

S. II. Decila tandem haec est controversia in cit. l.vn. Per quatuor & in genere cautum, iudicem ex officio supplere illa debere, regulas illustratur. quod sciat legibus & iuri publico conuenire, licet a partibus haud propositum sit. Vnde statim fluit (I) iudicem illa ex officio Prima regula. debere supplere, qua ipsius iudicij auctoritatem, integritatem & quietem publicam concernunt, quia hoc imprimis legibus convenit, & iudicis curae ea demandata in genere sunt, sine quibus vigor iudiciorum subsistere nequit l. 19. s.i. de offic. presid. l. 1. pr. si quis ius dic, (II) iudicem ex officio sup- Secunda. plere posse, qua ad abbreviandas lites spectant, cum hoc primario iudicibus iniunctum l. 21. pr. ff. de reb. cred. & preterea in iure hinc inde ratio abbreviandarum litium prescripta sit. (III) iudicem supplere etiam illa posse, qua alias iuri Tertia. communi conuenient sine ipsa cause merita sine processum resipiant: Iura specialia, que a iure communi recedunt, haud supplet, cum qui beneficio suo non vitur, ei renunciasse

videatur. Constat fideiussoribus competere beneficium ordinis & divisionis, quod iudex non supplet, sed sibi imputare debet, qui his beneficiis potuit iuuari, & desiderare, vt vel pro parte vel in ipsum debitorem daretur actio, si hoc omisit §. 4. I. de fideiuss. Nequidem in feminis iudex supplet exceptionem SCti Velleiani, sed, ea non opposita, mulierem ex fideiustione condemnat, quod etiam de filiofamilias, SCti Macedoniai exceptionetudo, dicendum est. l. II. ff. ad SCt. Maced. Beneficia iuris enim non tollunt *tus commune*, nec corrigit, sed temperant, adeoque iudex in pronunciando illud simpliciter sequitur, quatenus beneficia litigantibus indulta haud allegantur. (IV) *iudicem ea etiam ex officio supplere posse, quæ facti sunt.* quatenus de illorum veritate ex actis confat. Dn. ZAUNSCHLIFFER de offic. iud. supplet. p. I. concl. 10. Sequi enim decet, quod conuenit, ex fide eorum, quæ probabuntur. l. 6. §. 1. ff. de offic. presid. vnde quicquid ex actis appetat, eius etiam non petiti iudex rationem habere debet, MEVITUS p. III. decis. 351. n. 6. cum ipsi fiat probatio, & ideo publice constitutus sit, vt in veritatem rei controvresa inquirat, eamque sua sententia determinet, & ita aliquando abtentis partes per suum vigorē adimplere debet, vt dicatur in l. f. pr. in f. C. de appell. & consult. conf. MEV. p. VII. decis. 155. Atque secundum hæc fundamenta speciales conclusiones examinare iuuabit, vnde apparebit, iudicem in plerisque, etiam non imploratum, procedere posse, vbi ferme causa in iudicium deducta est.

Ratione seruandæ auctoritatis introducta iuramenta calumniæ.

§. III. PRIMA REGULA est, *iudicem ea supplere ex officio posse, quæ ad integratatem auctoritatem iudiciorum Squitem publicam spectant.* Ad auctoritatem iudiciorum integrum & illæsam seruandam imprimis pertinet, ne quid malitiosa & per meram calumniam in iudicio proponatur, cum alias auctoritas eius, quæ *sacrosancta hominibus esse* debet, consistere non possit, quo intuisu apud Gallos iudicia a Dru-

Druibibus exercebantur, referente IULIO CÆSARE lib. VI.
de bello Gall. qui considebant in loco consecrato, atque eorum
decretis tanquam sacro sanctis litigantes parebant. Ut eo
sanctius iudicium haberetur, IUSTINIANUS voluit in l. 14.
C. de iudic. ne alieni litium primordium fieret, nisi prius ante
sedem iudiciale sacro sancte depoñerentur scripturæ.
Itaque ad conseruandam sacro sanctam hanc iudiciorum au-
toritatem leges (1) introduxere iuramentum calumnia, tam
generale, quam speciale. Generale a Iustiniano prescriptum,
hac intentione, ut tot specialia iuramenta malitia cessarent
l. 2. C. de iurei. propt. cal. Nou. 49. c. 3. §. 1. auth. hoc sacra-
menum C. eod. quæ tamen hodie non cessant, ipso iure Ca-
nonico consentiente c. 2. §. f. de iuram. calum. in 6. Un-
de speciale iuramentum, quod malitia vocant, adhuc hodie
toties locum habet, quoties suspicio adest malitia, veluti si
suspicio adsit, quod fripole leuterationem interponat. V. Quæ ex officio
trumque iuramentum iudex ex officio exigere potest, nemini
ne licet petente, cuius decisionis hanc rationem reddit impe-
rator in l. 2. §. 4. C. de iurei. propt. cal. quia non pro commo-
do priuatorum sed communi vilitate presentem legem po-
suimus Conf. R. I. de anno 1654. §. 43. ibi: oder auch von selbsten in
welcherley Theil des Gerichts von Amts wegen auferleget/
Das iuramentum calumniae dahin zu erstatten schuldig seyn c. 2.
inf. de iurament. calum. in 6. Imo est legale, & ita ab arbitrio
iudicis dependet, quod etiam variis ordinationibus pro-
cessuum confirmatum est, ut ostendit MARTINI ad process. Sax.
tit. 33. n. 24. Proinde a parte remitti nequit l. 2. cit. §. 4. sed
parte sive instanti, sive invita, sive tacente, a iudice defertur
Meyius P. 7. decis. 387. VULTEIUS de iudic. lib. III. c. 2. n. 40. seq.
ZAUNSCHLIFFER de offic. iud. supplet. P. II. concl. 17. §. 5. Hoc poli-
to facile superari potest difficultas, quæ deprehenditur in l. 34.
§. 4. ff. de iurei. vbi dicitur: Hoc insurandum de calumnia neq;
patrono neque parentibus remittitur, id quod sine lectionis

H

mu-

mut atione veritati juris conueniens est. Nam aliud est, an liber ti & liberi id exigere possint? quod negatur l. 16. ff. de iurei. aliud vero, an ita remissum sit parentibus & patronis, ut iudex ex officio ab illis iuramentum hoc exigere nequeat: atque haec ipsa quæstio deciditur in cit. l. neque enim iudici id prohibitum dici potest, quod interdictum litiganti ob respectum reuerentia. Imo inde quoque dependet decisio quæstionis: Vtrum iudex vtrumque ex iusta causa remittere possit? quod plerique negant; sed sine sufficiente ratione, cum hoc iuramentum sit legale, arbitrio iudicis commissum, adeoque sicuti ex officio imponere, ita quoque ex officio remittere potest, si iusta causa id suadeat, prout plenius demonstrat Dn. I. S. STRYK. tr. de iurament. meletem. V. c. III. per tot. Sic qui iuramentum alicui defort, prius tenetur iurare de calunia, quo casu si de facto vtriusque proprio agitur, alter necessario perjurium committit, & ita consultius est, potius iuramentum malitia remittere, quod hoc casu degenerat in iuramentum veritatis. IDEM cit. l. c. 1. §. 14. & c. 3. §. 20. Denique nec interest, vtrum iudicium sit summarium, an ordinarium, cum etiam in summaris de iudicii auctoritate illibata laborandum, imo & in secunda instantia quoque ex officio denuo exigi possit. R. I. de anno 1654. §. 17. sq.

Hunc in finem
quoque index
ex officio ad-
uocatos calu-
miantes pu-
nit,

§. IV. Auctoritas iudiciorum quoque (II) violatur per immodestas Aduocatorum allegationes, a quibus abstinerre iubentur in l. 6. §. 1. C. de postul. Proinde aduocatos calumniatores iudex non tantum ex officio reiicere, sed, parte id nequidem urgente, punire potest, prout obseruat MEVIUS p. 1. decif. 155. n. 4. inquiens: *Aduocati qui ius per iniurias querunt ac prosequuntur, non leuem coercitionem merentur, quam pro seruanda iudicantium auctoritate & iudiciorum sanctimonia index ex officio decernit, & irrogari pro arbitrio suo.* Et ita Mens. April. 1712. pronunciauit III.

III. Facult. Iurid. huius loci: Und wird in übrigen der Klägerin Aduocatus wegen der fol. act. reiter. reuis. 9. 10. und II. wieder die Herren Urtbels-Tasser angeführte unverantwortliche Unzüglichkeit in 10. Artlr. nicht unbillig genommen. In rationibus decidendi hæc adducta erant: Und weil der Aduocatus cause sehr grobe Unzüglichkeiten gegen die Iuristen-Facultät ausgestossen / da er unter andern gesetzet / daß ihre fundamenta auf einen stinkenden und faulen grundlosen Morast gelegt / und also superstructum , die / si diis placet , so herrliche rationes decidendi , mit Hals und Kopff in selbigen Cloac versunken sey / anderer vnzulässlichen Niedens-Arten zu geschweigen / und dann solche einem Aduocato unanständige Unzüglichkeit / zumahl gegen eine ganze Iuristen-Facultät / billig ex officio zu bestraffen sind / BERGER ad Process. Saxon. tit. 34. obseru. 5. not. 3. so ist auch dieserwegen geschehener massen erkant worden.

§. V. Porro mendaciis (III) sanctitas iudiciorum maxime violatur, & lites quoque in ambigua discrimina deducuntur, quibus proinde leges obuiam iuere per varias penas, quæ oppido faciunt ad processus abbreviandos, docente B. Dn. STRYKIO *dissert. de abbrev. process. per pñnam mendac.* Atque hæc quoque mendacia eo magis a iudice ex officio, forent punienda, quo magis auctoritatem iudiciorum illibatam conseruant. Collimat hoc B. Dn. STRYK. in pref. ad tr. Paciani de probat., vbi ita: Reducenda sunt ad obseruantiam fori mendaciorum pñne, & si quis contra prestitum iusurandum calumnia friuole quid negauerit, de quo ex progressu litis facilis negotio constare potest, severissime in ipsum, vi poe periurii reum animaduerendum, adiecta etiam fame macula. Ita veritas non amplius friuale reticebitur, iudici sua restituetur auctoritas, nec presentia divini Numinis, exactissimi cordium nostrorum scrutatoris, per mendacia in iudicio inverecunde eructata despiciatur. ha-

*Et mendacia
quoque ex of-
ficio coercere,*

bebitur, ius suum cuique sine probationum ambagibus tribu-
etur. Quod iuramenta calumniæ hodie ut plurimum otio-
sa sint, & nullius pretii habeantur, inde imprimis est, quod
periuria ex officio haud puniantur, & iudices eorum auctoritatis
curam nullam habeant. Similiter impune mendacia
committuntur, quæ ex officio essent refrenanda, quod ta-
men hodie vel ideo negliguntur, quia ne quidem poena men-
daciōrum, ad quas lœsi secundum ius Romanum agere pos-
sunt, in praxi cognitæ sunt. Interim iudicem ex officio ad
hoc obligatum esse, pluribus argumentis euictum est in diss.
B. Dn. STRYK. de abbrev. proc. per pæn. mendac. §. 44.
seqq.

Iuso etiam
contemptum &
modis dignitati & auctoritati iudicis, ne contemni se patia-
tur l. 19. pr. ff. de offic. præf. sed ut auctoritatem dignitatis
ingento suo angeat, l. 19. cit. in f. l. 1. pr. ff. de popul.

Hinc concessum erat magistratibus, iurisdictionem suam
defendere pœnali iudicio. l. 1. pr. si quis ius dic. non obtem-
per. Quamvis vero olim hæc pœnalis actio a priuato esset
instituenda ad id, non quanti actoris interesseret, sed quantum
ea res esset h. e. ad contemptum ipsum vindicandum, l. 1.
§. 4. cit. hodie tamen magistratus ipse ex officio ut plurimum
contemptum vindicat, & actio iuris Romani incognita est.
Conf. ordinat. cameral. de anno 1507. tit. 35. §. 1. Quaritur
proinde, vtrum iudex contumaciam rei ex officio, i. e. a-
ctorre eam haud accusante, punire possit, cum reuera insi-
gnis contempsus iudicis in contumacia litigantium depre-
hendatur? Equidem communiter ex l. 13. §. 2. C. de iudic.
inferre solent, non aliter contumaciam rei puniri, nisi acto-
re accusante, die Ungehorsams Beschuldigung muß zuvor ein-
gebracht werden. RIVINUS in enunc. ad process. Saxon. tit. 10.
enunc. 70. PHILIPPI in us. præct. instit. lib. III. eclog. 36. n. 10.
GAIUS I. obs. 55. n. 6. Nihilominus tamen iudicem iuris
di-

dictionis sue tuendæ gratia, etiam parte non petente contumaciam punire posse docet ZIEGLER ad Lancellot. inst. iur. Canon. lib. III. tit. 6. §. 1. quod rationi iuris conueniens esse ex antea dictis colligi potest, quamvis, quod negare non possum, in pronunciando hodie contumaciam haud accusatæ non haber soleat ratio. De contentu mandatorum agit PETRUS FRIDERUS de mandat. lib. II. c. 17.

S. VII. Non tantum dignitatis, sed etiam *integritatis* Integritas iuris iudiciorum iudex rationem habere debet, quorundam imprimis perimet, ut curet *ex officio*, ne nullitas committatur, nec iudicium fiat elusorium. Hoc intuitu supplere debet exceptionem legitimationis ad causam, cum nulla maior nullitas in processibus occurrat, quam si iudicium sit suscepsum cum illegitimatis ALTIMARUS de nullit. sent. rubr. 11. qu. 232. n. 1. seqq. adeo ut quamvis statutum omnes exceptiones contra instrumentum reiiciat, nihilominus tamen haec admitti debeat, veluti si quis ex iure cœlo agat. IDEM cit. l. n. 2. Dn. Ludouici differt. de legitimat. ad caus. §. 6. Inde iudex non solum potest, sed & debet illam *ex officio* supplere. ALTIMARUS cit. l. n. 10. seqq. Mevius p. V. decis. 13. si modo ex actis appareat, illam legitimationem deficere, veluti si de instrumento cessionis haud constat. Dn. Ludouici cit. l. §. 10. Illustrari haec obliuatio potest responso, quod ante triennium Facult. ill. iurid. huius loci concepit in casu, quo sententia lata erat contra eum, qui ex iure cœlo agebat, nec tamen instrumentum cessionis producere peterat. Referam huc tantum ex rationibus decidendi, quæ hanc obseruationem tangunt: So fehlt es auch wegen des andern Postes an einer Legitimation, als welche man flagender Seite/ theils ex cessione, theils als eine Lehnsschuld fordern will/ da doch noch bis dato das original von der cession nicht zum Vorschein gebracht worden/ so doch allerdings von nothen gewesen/ weil sonst sich ein offenbarer defectus in agentie hervorthit/ quo nullus maior re-

dicatorum conservatur dum supplet exceptionem legitimationis ad causam.

putari potest ALTIMARUS de nullit, sentent. qu. 232. n. 1. welches man doch so gar in pronunciando nicht attendiret / daß man in Gegenheil da wieder das Original geforderter massen produciret / und recognosciret / auf die Bezahlung dieser Schuld geflaget / und die so wichtige exceptionem legitimatis ganz hindan gesetzet / woraus denn abermahl eine manifesta nullitas, und zwar insanabilis erfolget / legitimatio enim personæ est necessaria in quolibet iudicio, ne aliter totum iudicium reddatur elusorium & nullum, cum defectus inhabilitatis personæ in iudicio comparentis reddat procesium retrofactum nullum VANTIUS de nullit. tit. quis dic. possit de nullit. n. 44. OLEA de cess. iur. tit. 6. qu. 9. n. 1. BERLICH. p. l. concl. 14. n. 2. personæ enim interueniunt, pro substantia iudicij, & ita legitimari debent CRAUETTA consil. 104. n. 1. BERLICH. cit. l. n. 3. und mag flagenden Theil wenig helfen/ daß man in consistoriis principum keine apices iuris admittire / und in der Sache ex bono & æquo, und summarischer Weise / sola veritate facti inspecta, verfahren sey / weil dieses ein substancial-Stück / ja so nothig ist/ daß es in keinem Process ohne nullitat wegleiben kan/ nam & in summariis legitimatio requiritur SCACCIA de indic. lib. I. c. 62. qu. II. n. 24. LANCELOT. de attestat. p. 3. c. 28. n. 39. BLAS. ALTIMAR. cit. l. n. 42, & ubi proceditur ex bono & æquo sola veritate facti inspecta ALTIMARUS cit. l. n. 43. & si causa agitur coram principe IDEM cit. l. & si iudicium vel maxime sit extraordinarium & inapproprium SCHRADER de feud. p. 10. in praemb. n. 34. ALTIMAR. cit. l. n. 44. BERLICH. cit. l. n. 5. dahero allerdings wäre nothig gewesen/ daß man in beyden Puncten vorerst auf die legitimation und recognition der original documentorum erkennen müssen/ neque enim index ad condemnandum devenire potest, antequam cessionis instrumentum cum instrumento crediti exhibeat. OLEA de cess. iur. cit. l. n. 13. seqq. BORRIUS

RIUS *decis. 10.* PARLADOR. *lib. 2. rer. quotid. c. fin. 4. §. 1. n. 1.*
 welches man auch in dem anno 1656. ausgesprochenem Urtheil selbst
 agnosciret / indem man daselbst die Beklagten sub conditione
 subsecutur ab actoribus recognitionis des documenti sub
 lit. E. absoluiret / mithin auch gleiches von Beklagten hätte ge-
 fordert/ und Klägeren die bessere legitimatio auferlegt werden
 müssen/ cum litigantium iura debeant esse æqualia, besonders da
 die Klägere sich darzu anfänglich so fort offériret/ daß sie in termi-
 no in rotulationis das originale cessionis ad recognoscendum
 produciren wolten/ so doch damals weder geschehen/ noch nach-
 gehens biß diese Stunde nicht erfolget. Ja auch da nach der heu-
 tigen praxi in cessionum materia man wenig distinguiet/ u-
 trum quis agat directa, an vtili actione, so wäre nöthig gewe-
 sen daß so fort und zwar ante item contestatam die legitima-
 tion zu ihrer Richtigkeit gebracht worden wäre/ wie die bewehr-
 testen Rechts Lehrer statuiren AMAT. *resol. 78. n. 4.* ARIAS de
 MESA *lib. 1. Var. resol. c. 24. n. 5.* SCHRADER. *defend. p. 10. Sect.*
18. n. 166. BOERIUS *decis. 10. n. 3. in fin.* adeo ut si talis proba-
 tio legitimatio statim ab initio non sit adimplata, actor
 statim repellendum sit. SCHRADER *cit. loc. n. 160.* mithin da we-
 der ab initio litis die Klägere sich gebührender massen legitimi-
 ret/ noch auch ante sententiam das original ad acta gebracht
 und recognosciret worden/ hat ohne offenbare nullität nicht
 so fort erkannt werden mögen/ indem sich wenigstens würde ge-
 bühret haben/ daß man auch in diesem Punct sub conditione
 Gesprochen hätte/ so ferne Bläger das originale cessionis pro-
 duciren/ und beklagte solches recognosciren würden/ wel-
 ches alles unterlassen/ und in beyden Puncten eine nullitas insa-
 nabilis committiret worden/ anerwogen die exceptio legitimati-
 onis nicht etwan einen blossen defectum solennium, son-
 dern vielmehr partis essentialis supponirt/ sogar vt etiam op-
 ponit posit si vel maxime statutum omnes exceptions re-
 liciat. BLASIUS ALTIMAR. *cit. tr. qu. 32. n. a.* Imo tantæ po-
 tentiae

tentiae & virtutis est, ut etiam posit in quaunque parte iudicij opponi, siue antelitis contestationem, siue post etiam post tres sententias conformes, quae alias iudicato & qui parantur. CARLEVAL. de iudic. lib. 1. tit. 2. disp. 5. n. 8. in f. PART. de Manu, obs. 87. n. 4. ALTIMAR. Cit. l. n. 9. & si vel maxime non opponatur, iudex tamen teneatur eam supplere ex officio, & agentem repellere ALTIMAR. cit. l. n. 11. dahoo dann die ao. 1656. gesprochene Urtheil in rem iudicatam nicht ergehen können &c. Idem quoque dicendum de exceptione legitimacionis, quae procuratoribus aliisque, qui legitimacione per mandatum, curatorium, tutorium &c. indigent, obiici & a iudice suppleri debet, vti iam §. VIII. in f. notai. Quodsi coniuncta vel talis persona sit, pro qua præsumtio est, quod mandatum habeat, ad minimum cautionem rati præstare deberet, quam iudicem ex officio iniungere posse docet RIVINUS in specim. except. for. c. 7. n. 15. SCHWENDENDORF. ad Fibig. P. 1. c. 2. m. 3. §. 6. n. 152. Hoc ipsum tamen in dubium vocat MEVIUS p. IV. decisi. 301. n. 7. ubi ait, quod iudex hanc non decernat, nisi implorarus per l. 40. §. 3. ff. de procur. Equidem curatori ad substantiam iudicij non absolute pertinet, adeoque ante litis contestationem exigitur, adeo vt, lite semel contestata, non compellatur amplius ad cautionem, quod indicium præbet, eam omnissam processum non vitiare. Interim quia ad securitatem iudicij multum facit, potest quidem illam iudex suppleri, sed necessario non debet. Ulterius quidcirca pupilli vel minoris tutori vel curatore destituti personam suppleri debeat, c. II. iam dictum est. Et denique iudex omnia illa ex officio supplere debet, quae ad substantia processus spectant, & sine nullitate insanabiliter omitti non possunt, vtut vel maxime alter litigantium defectum haud allegauerit. Quodsi itaque litis contestatio non sit facta, quae in nullo potest omitti processu, sed cuius defectus totum processum viti-

& alias exce-
ptiones nulli-
tatem præca-
uentes.

viciat, illam *ex officio* iniungere debet FABER. in C. lib. VII. tit. 19. def. 18. ZIEGLER, ad proc. Saxon. tit. 16. voc. suppliren. Huc collimat ordinat. proc. Saxon. tit. 16. inf. und soll das Richterl. Ant zu Vor kommung allerhand besorglichen Weitlaufftigkeiten/ die hernach in disputatione meritorum über der litis contestation erfolgen kan/ da etwa hierin ein Mangel ver spüret/ suppliren/ obgleich derselbe defect von Klägern nicht attendiret oder dawider excipiret würde. Similiter si aliter nullitas *insanabilis* commissa, eaque notoria & manifesta eslet, vt ex actis de ea constaret, iudex *ex officio* illam attendere, & executionem suspendere, nec sententiam, quæ in rei judicatum transire non potuit, confirmare potest, cum omnes actus subsequentes frustanei forent BLASIUS ALTIMARUS de nullit. sentent. p. f. rubr. VIII. qu. 155. n. 8. 9. & qu. 131. n. 1. segg.

S. VIII. Denique iudici quoque incumbit quietis publicæ cura, a qua talus reipubl. quæ suprema lex est, dependet, publicam se- & ita *ex officio* impeditre debet, ne partes ad arma veniant, questrum ex Cur enim ad arma & rixam procedere patiatur, quos potest officio decer- sua iurisdictione componere l. 13. §. 3. ff. de usufruct. Im- primis vero metus armorum est, quando de possessione vel quasi retinenda agitur, ad quem auertendum iudex leque strare *ex officio* potestrem, de qua est controversia, quod regulariter alias prohibitum est l. un. C. de sequestr. prohib. MEV. p. 7. decis. 147. GAIL. Iobs. V. n. 2. segg. MARTINI ad process. Saxon. tit. 4. §. 1. n. 74. & ita sequestrum *ex officio* ad colligendos fructus & administrandam rem constituit MEV. P. II. decis. 239. n. 7. LYNNÆUS de grauam extraiud. c. III. p. 2. sect. 1. m. 1. §. 41. n. 17. p. 172. Ex eo dem fundamento iudex cautionem de non offendendo *ex officio* iniungit, uti recte obseruat contra communem sententiam DIR. ZAUNSCHLIFFER de offic. iudic. supplet. P. II. concl. 2. §. 2. in f. Quietis publicæ ratio æque facit, vt iudex litigantes invitatos quoque pos sit

fit ad transactionem compellere Meunus *p. I. decis. 214.* ne
forsan ex priuata rixa multorum strages sequatur GAIL. de
pac. publ. lib. 2. c. 18. n. 11. KNIPSCHILD. de fideicom famil. c.
XI. n. 102. Meunus p. III. decis. 217. n. 6.

Pro abbrevi-
ando proces-
su iudicem illa *ex officio* facere debere, quæ ad abbreviandum
tentare debet
transactionem

§. IX. Progredior ad REGULAM SECUNDAM, quæ iubet
iudicem illa *ex officio* facere debere, quæ ad abbreviandum
processum faciunt. Hunc in finem (a) ante omnia iudex *ex
officio* tenetur tentare amicabilem compositionem *C. ult. X.
de translat.* alioquin grauiter peccat, quod plenius illustrat
ZIEGLER, *in indicastice concl. 22.* vbi simul plene docet, quomo-
do iudex in amicabili compositione promouenda versari
debeat, vt euentum sortiatur expectatum. Atque hoc i-
psum in plerisque fere ordinat. process. iudicibus iniungi do-
cet MARTINI *ad process. Saxon. tit. I. §. 2. n. 7. segg.* adeo vt
si iudex huic officio suo desit, reo integrum sit, opponere ex-
ceptionem nondum tentare amicabilis compositionis, RIVI-
NUS *in specim. except. dilat.* Neque hoc officium tantum
iudici incumbit in limine iudicii, sed concordiam etiam in
progressu, ino secunda instantia tentare debet, per *R. I. de*
Anno 1654. §. 110. ibi: in quacunque parte iudicii MARTINI cit.

(2) *Processibus l. n. 84. segg.* Præterea (β) cum exceptiones dilatoria pro-
cessum valde differant, & tamen de iure communi reus vt
omnes simul proponat, haud sit obstrictus, iudex *ex officio*
ei præfigere potest certum terminum, intra quem sub pœ-
na præclusi omnes dilatoria exceptiones proponat. c 4. X.
de except. VMMIUS *in proc. disp. VIII. n. 60.* qua obseruatio ho-
die usum non adeo habet, postquam in *R. I. de anno 1654.* con-
stitutum est, vt dilatoria omnes in primo termino oppo-
natur, & peremptoria sub poena præclusi litis contestatio-
ni annexantur, quamvis non ubique secundum hunc Recel-
sum in iudiciis procedatur (γ) Hunc in finem etiam com-
missarii *ex officio* constitui possunt, non tantum ab initio, sed
etiam in progresso litis, si litis ratio id postulat vid. B. Dn.
STRYK.

(3) *Commi-
tarios constitu-
ere,*

STRYK de claus. commiss. n. 47. seqq. RULAND de commiss. p. 1. lib. 2. c. 28. veluti si ob multitudinem causarum vel testium index examen fuscipere non possit CARPOV in proc. tit. 13. art. 4 n. 30. seq. si de rationibus ambiguis excutiendis & examinandis agitur, cum non possint non ingentes difficultates ingruere, si litigantes super defensib[us] ad disputandum admittuntur MEVIUS p. II. decis. 123. quem in finem ex officio peritos rerum calculatores constituit HEESER de ratione redd. loc. III. n. 30. § 36. maxime si litigantes circa electionem calculatorum dissentiant CHRISTINÆUS vol. II. decis. 98. n. 4. HEESAR c. I. n. 48. Hic porro pertinet, si periculum quoddam in mora sit MEV. P. VIII. decis. 128. n. 5. ubi simul docet quomodo commissiones decernenda. Item si rerum inspectionem ocularem desiderat SCHWENDENDORFF ad proc. Fibig. p. I. c. 2. m. 3. §. 1. reg. s. n. 32. (d) pluribus litis consortibus iniungere ex officio potest, ut communem constituant (4) causas pro conclusa habere.

Procuratorem, ne per plures lis dispersa tardior, difficilior atque intricatorer eniat, vt ait MEVIUS p. IV. decis. 63. (e) Causam quoque pro conclusa, neutro litigantium petente ex officio iudex declarat, si videat, causam satis instructam esse, vt ad sententiam ferendam procedere possit. Solent enim extra Saxoniam Aduocati inutilibus allegationibus infinitum & tam diu procedere, donec iis silentium imponatur auth. in-bemus. C. de iudic. GAIL. I. obs. 107. n. 2. BRUNNEMANN. in proc. ciuil. c. 26. n. 4. Et utinam iudices maturius hic officium suum interponerent! quo facto sane tot inutiles altercationes praecavere possent. Hic etiam possunt referri, quæ cap. anteced. de reiiciendis frivolis allegationibus dicta sunt.

S. X. TERTIA REGULA iubet illa ex officio supplere, quæ iura partium quidem concernunt, sed iuri communi convenienti, prout disertis verbis in l. un. C. ut que def. aduoc. dicitur h. e. partibus a iure communi sunt indulta & tributa, vel etiam iudicii praescripta & ad veritatis indagationem faciunt.

Illa ex iure
communi iu-
dex non sup-
plex quorum
omissio tac-
itam renun-
ciem in se
contineat.

Hic quidem ingens campus sese mihi aperit, plures coacer-
uare conclusiones, eisque regulam illustrare, quas ex *institu-*
ti ratione tantum referre, non explicare mihi integrum est
Pro declaratione tamen regulæ adductæ illud adhuc præmit-
to, toties iudicem hic officio suo fungi, quoties non constat,
litigantem suo iuri, quod index suppleret vult, expresse vel
tacite renunciasset: alioquin, si de hoc ex circumstantiis con-
stat, index illa, quæ *iuris communis* sunt, & iura partium me-
re concernunt, non supplet, cum cuiuslibet permisum sit, suo
iuri renunciare *l. pen. C. de pac*t**. Hinc est (1) quod iudex non
supplet exceptionem *prima instantia*, si reus sponte iudicio
superiori se submittit, quia ita ipso facto ei censetur renun-
ciasse *Mev. P. 2. decis. 367.* (2) quod sponte comparentem
in foro incompetente admittere possit, quia censetur pro-
rogasse iurisdictionem *l. 1. l. 4. C. de iurisd.* (3) quod actorem
in causa ordinaria summarie agentem non repellat, si reus de
eo non protestetur, cum reus processui ordinario renunciase
videatur (4) quod impunita plerumque sit rei contumacia,
si actor' eam haud accuset, cum suo silentio itidem iuri
ex contumacia alterius quæsito renunciasset videatur *MER-*
CHELBACH. apud Klock. vol. 3. consl. 187. n. 170. (5) quod in
causa euictionis autorem ad assistendum non citet, reo id
non urgente Nicolai in proc. p. 1. c. 24. (6) quod sententiam
actore haud instanti iudex non exequatur, cum actor silen-
do reo inducias indulsisse videatur &c. Haec & alia similia
a iure communi quidem dependent, sed nemini obtruduntur,
minime vero iis, qui eis tacite renunciasset censemur.

Si nulla re-
nunciatio al-
gati potest;
tunc, quæ iu-
ris communis
sunt, ex officio
supplet.

§. XI. Quando vero nulla eiusmodi præsumta renun-
ciatio allegari, nec ex taciturnitate colligi potest, tunc de-
mum sese exserit officium iudicis suppletorium. Neque enim
silentium semper pro renunciatione iuris haberi potest, sed
tunc demum, quando expressa declaratio in contrarium a
iure desideratur, quin potius in dubio ita silentium interpre-
tandum

tandum, ne *renunciationem iuris* inducat. Huc itaque refero (1) quod aliquando etiam non potentibus possit aduocatos dare, si personæ qualitas id postulat l. 9. §. 5. ff. de offic. proc. vel præcauere, ne ab vna parte stent aduocati peritisimi l. 7. C. de postul. (2) constituit quoque absentibus curatores, maxime in hereditatis diuisione Meu. P. 4. decisi. 398. (3) exceptiones omittas, quæ maxime ad processum dirigendum spectant, supplet, v. c. *præiudicij* l. 10. C. de iniur. neque enim sine summa confusione index admittere potest, ut de illa causa iam agatur, cuius decisio pendet ex causa principali nondum finita Dn. ZAUNSCHLIFFER. cit. tr. p. 2. concl. II. §. 13. Spectat huc etiam exceptio *non impleti contractus*, quæ contractibus bilateralibus, in quibus uterque æque principaliiter obligatur, obiicitur, & ipsi actioni inest, ino cum ipsa actione nascitur ROMANUS *conf. 244*. FRANZK. ad tit. de act. emt. vend. n. 17. B. Dn. STRYK. in *Vf. mod.* ad cit. tit. §. 2. Dn. ZAUNSCHLIFFER. cit. l. n. 10. (4) quin etiam exceptiones peremtoriae illæ suppleri possunt, quæ *iuris communis* sunt, utrum haud allegatae sint, vt *visuraria prauitatis*, legis *Anastasiana*, Mev. p. 3. decisi. 1. Vtrum autem supplere possit exceptionem *Sciti Macedoniani* vel *Velleiani*, prout statuit. Dn. ZAUNSCHLIFFER cit. tr. p. II. concl. II. §. 10. & II., vel inde dubium est, quod hæ exceptiones ad *ius commune* non spectent, sed *beneficia personarum* sint, quibus qui non virtut, renunciassæ censetur, prout supra iam monui. (5) Imprimis vero multa *ex officio* supplet circa probationem, veluti quod interrogatoria ex officio formare & super his testes examinare queat c. 37. X. de *testibus*, quod etiam pluribus locorum constitutionibus confirmatum est, teste MARTINI *ad process. Saxon.* tit. 20. §. 1. n. 474. cum iudici potissimum probatio fiat, & reuera sine interrogatoriis probatio evidens & clara dici nequeat: talis enim demum fit ex subiecta ratione scientia, quæ per interrogatoria eruenda. Unde

de praxis Saxonica contraria, de qua testatur Dn. BERGER ad process. Saxon. tit. 20. obs. 2. not. 5. sane valde incommoda est, & sola hac subtilitate nititur, quod praeceps intra terminum praefinitum offerri debeant. Huc etiam pertinet, quod ex officio probationem iniungere debeat, quod quidem negat Mevius p. 2. decif. 97. aicns: quando partes probationem non offerunt, ex officio ad illam adiligere vel iniungere iudicis non est sine sufficiente tamen fundamento, cum huius necessitas ex iure communi dependent, & sine ea iudex definitiue pronunciare non possit, quod potissimum in Saxonia nullum omnino dubium habet. Potest præterea aliquando terminum probatorium prorogare ex officio, si impedimentum actoris notorium sit, Mevius. p. 2. dec. 369. BRUNNEMANNUS ad l. 7. de feriis n. 10. Ipsius quoque arbitrio relictum, utrum ipsem, an per commissarios examen peragere malit, quod iam supra tactum &c. Recognitionem documentorum quoque ex officio iniungit CARPOV. in proc. tit. 14. art. 2. n. 12. seqq. vt & editionem documentorum, quibus ad sui informationem indiget Mevius. p. 2. dec. 127. p. 2. decif. 337. &c. (6) Circa iuramenta quoque varia ex officio supplere potest vel debet, prout rationes circumstantiarum id suadent. Sic ex officio testibus imponit iuramentum in eiusmodi causis, in quibus pars aduerfa eis iuramentum remittere nequit Dn. I. S. STRYK. tr. de iuram. meletem. VII. c. 5. §. 3. seqq. MARTINI in proc. Sax. tit. 20. §. 3. n. 117. seqq. Iuramenta legalia seu necessaria principaliter huc spectant, quorsum pertinent suppletorium, purgatorium, cuius species etiam est, manifestationis, item in item, minorationis, malitia &c. quæ iudex etiam non rogatus pro varietate circumstantiarum, a legibus determinatarum, vel actori vel reo defert; MARTINI ad proc. Saxon. tit. 32. n. 47. seqq. quæ cum tractationem diffusiorem requirant, hic explicari non pos-

possunt, præsertim cum Excell. Dn. I. S. STRYK. *diss. de offic. iudic. circa iuramenta ex professo de hac materia egit.*
 (7) Pertinet quoque ad informationem iudicis circa caufana *inspectio ocularis*, quam iudex sponte ex officio etiam detectnit *l. 8. §. 1. ff. fin. reg.* B. HERTIUS de *inspect. ocular.* §. 35. vt tamen partibus citatis peragi debeat MEVIUS. p. 4. *decif. 139. n. 8. & p. 5. decif. 229. n. 3. seq.* quod declarat HERTRIUS *cit. l. §. 36.* (8) Testes obsecure deponentes ex officio, etiam post interuum allum, a iudice citari, & rursus examinari possunt, vt declarent suum testimonium *c. 83. X. de testibus.* CARPOV. p. 1. c. 16. *def. 30.* ANTON. FABER. in *C. lib. 4. tit. 15. def. 2.* (9) Transmissionem actorum etiam ex officio decernere potest, quod praxis testatur, imo petitam transmissionem aliquando iuste denegat, vti docet Dn. PRÆS. *diss. de discrimin. tempest. mar. c. 1.* (10) Frustratus etiam non petitos in realibus actionibus adiudicat, non attenta distinctione, quam suppeditat ICtus in *l. 25. §. 8. ff. de edit. edit.*, quæ iudicibus pedaneis, ad formulam adstrictis, limites ponit B. Dn. STRYK. in *uf. mod. tit. de rei vind.* §. 16. (11) victum in expensas condemnat ex officio, licet expensæ haud fuerint petitæ *l. 79. ff. l. 15. C. de iudic.* GAIUS 1. *obs. 11. n. 21.* Hoc tamen ita communiter limitant, vt posse, non vero vt tenetur victum in expensas, non petitas, condemnare, quia negligens sibi imputare debet, quod expensas non petierit MARTINI in *proc. tit. 36. §. 1. num. 152. &c.*


§. XII. *VLTIMA* denique *REGULA* respicit factorum supplementa. Equidem iudici extra acta non creditur, adeoque si extra acta de circumstantiis aliunde sufficienter informatus est, has tamen supplere non potest, si de iis ex actis non appareat. Quæ autem actis inserta sunt, vel ex actis statim probari liquido possunt, illorum iudex omnino rationem habere debet, si vel maxime non allegantur.

Quid iudex ex officio circa facta supplete posse?

tur. Sic exceptio præscriptionis facti est, & allegantis probatione regulariter indiget; MEVIUS p. IV. decif. 22. n. 5. eam tamen supplere debet, vbi ex actis apparat. IDEM p. VIII. decif. 419. etiam si a parte non fuerit opposita. IDEM p. VII. decif. 182. Idem de aliis exceptionibus, ut rei *indicate*, *transactionis*, *deficientis causa debendi* &c. dici posset, prout plenius declarat Dn. ZAUNSLIFFER de offic. iudic. supplet. p. II. concl. II. Ex notorio quoque ea, quæ in facto omissa sunt, suppleri a iudice posse, Dd. volunt, contendentes, notoria non esse probanda, de quo themate ex professo egit Dn. I. S. STRYK. de Notorio insimulque ostendit, regulas fere omnes, quas de notorio formare solent, inapplicabiles esse, adeoque hæc obseruatio de *supplendo notorio* quoque otiosa videtur, & applicatione destituta, vt ut Dn. ZAUNSLIFFER p. II. concl. 12. in f. & p. I. concl. 9. §. 3. eam adhuc explicet & illustret. Possunt sane iudices sub prætextu notorii multas circumstantias supplere, & ita in fraudem legis talia committere, quæ directo prohibita sunt quod minime ferendum est. Cetera, quæ etiam huic nostro labore desunt, supplet legalis dexteritas benevoli electoris, & ex officio humanitatis, quæ ipsi rei cienda videantur, placida mente toleret, quo ipso sane æquis-
simi iudicis officium sustinebit.

F I N I S.





94 A 7365

VD 18


ULB Halle
002 185 687

3



5b,

VD 17



	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

B.I.G.

L. D. E.

DISSSERTATIO JU
DE
IUDICE PROC
EX OFF
IN
PROCESSU
QUAM
RECTORE MAGNIFI
SERENISSIMO PRINCIP
DN. FRIDERICO
PRINCIPE PORUSSIAE
BRANDENB.
PRAESID
DN. IUSTO HEN
J. U. D. PROFESS. PUBL
FAUTORE AC PRAECEPTORE S
IN REGIAE FRI
AUDITORIO
d. VII. Julii, Anno
proponet ac publico Eruditio
GEORGIUS HENRIC
SIMMERA-PAL
HALAE MAGDE
Typis JOH. GRUNER